1602. 10. Jun. —— Debet eligi Vicarius Capitularis 138
unus, qui ſit de gremio Capituli, ſi adſit ido-
neus. *Congregat. Epiſcopor. in Nepeſina, & antea*
*in Traulen.* 1597. 22. *Febr.* & ſit Doctor, aliàs
electio eſt nulla, *ead. Congregat. in Puteolana* 1653.
27. *Mar. & antea in Tranen.* 1597. 25. *Febr.* &
electio devolvitur ad Metropolitanum, *ead. Con-*
*gregat. in Mazarien.* 1603. 23. *Dec.* nec ſufficit,
quod ſit Magiſter in Sacra Theologia, *ead. Con-*
*gregat. in Bovin.* 1601. 9. *Jan.* habilis tamen non
Doctor tolerari poteſt, ſi Doctor haberi non
poſſit, *ead. Congregat. in Puteolana* 1603. 23. *Iul.*
*apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſub-*
*ſect.* 1. *num.* 11. & 12. & *refert etiam* Nicol. *in Lu-*
*cubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tic.* 28. de Vicar. Capit.
*numer.* 18.

1602. 18. Jun. —— Pro Monitoriis, de quibus Tri- 139
dentinum *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. obtentis ad
inſtantiam non pauperum licèt recipi poſſint
tres Julii à Notario pro ſuo labore, ab Epiſco-
po tamen, vel Vicario nihil poteſt recipi, non
obſtante ſtylo illius Tribunalis, vel aliorum vi-
cinorum. *Congregat. Concil. in Tranen. & antea in*
*ead.* 1588. 25. *Oct. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2.
*lib.* 5. *tit.* 39. *num.* 23.

1602. 2. Jul. —— Licet Vicarius Capitularis poſſit 140
concedere Dimiſſorias poſt annum omnibus, &
intra annum arctatis, non tamen eas concedere
poteſt exemptis, quibus tamquam Delegatus Apo-
ſtolicus concedebat Epiſcopus. *Congregat. Concil.*
*apud* eund. *ibid. lib.* 3. *tit.* 39. *n.* 6.

1602. 4. Jul. —— Matrimonium contrahi poteſt va- 141
lidè non ſolùm coram Sacerdote habente facul-
tatem à Vicario Generali, ſed coram Vicario Ge-
nerali met, perinde ac coram Parocho. *Congre-*
*gat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract.*
*par.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 34. juxta Sanchez *de*
*Matrim. diſp.* 29. *num.* 18. *lib.* 3. aliosque quam-
plu-



plures *apud* Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident.*
*ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. *num.* 105. ¶ Notandum
primò, quod valet etiam Matrimonium coram
Vicario Epiſcopi nondum Sacerdote; Navar.
*conſ.* 9. & 10. *de clandeſt. deſponſ.* Bonac. *de Ma-*
*trim. quæſt.* 2. *punct.* 8. *num* 19. & cenſuit Sacra
Congregatio *apud* Farinac. *deciſ.* 70. *par.* 2. *diverſ.*
¶ Notandum ſecundò, quod valet quoque Ma-
trimonium, cui aſſiſtit Vicarius Parochi ſuſpen-
ſus, vel excommunicatus, ut cenſuit *Sacra Con-*
*gregat. apud d.* Farinac. *deciſ.* 89. *d. par.* 4. *diverſ.*
& Barboſ. *allegat.* 32. *num.* 90. & 103. Si Paro-
chus ipſo jure, vel per ſententiam eſſet Beneficio
privatus, dummodo poſſeſſione ſpoliatus non ſit.

1602. 5. Nov. —— Epiſcopus remanet obligatus pro 142
actionibus ſui Vicarii. *Congregat. Epiſcopor. in Ma-*
*zarien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 3. *ti-*
*tul.* 26. *num.* 2. *in fine.* ¶ Notandum, quod Actus
juriſdictionales reiterati, & geſti à Miniſtris Epi-
ſcopi adverſarii, contra ipſum benè probant,
quia præſumitur de illis ſcientiam habuiſſe, præ-
ſertim ſi nonnulli fuerint geſti à Vicario, qui
cenſetur eadem Perſona cum Epiſcopo, in quo
non poteſt cadere ignorantia, *Rota dec.* 166. *n.* 3.
*par.* 2. *diverſ.* ¶ Vide infra 1660. 21. Maii.

1602. 3. Dec. —— Vicarius Foraneus non poteſt 143
concedere licentiam accedendi; & ingrediendi
Monaſteria Monialium ſine facultate ſpeciali.
*Congregat. Epiſcopor. in Piſtorien. apud* Paſcucc. *in*
*Compend. ad Conſultat. Canonic. Iac. Pignatel. par.* 2.
*tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 97. & *refert etiam*
Nicol. *in Floſcul. verb.* Clauſura, *n.* 18.

1603. 19. Jan. —— Generaliter eſſe Parochum, & 144
Vicarium Generalem Epiſcopi ſunt officia malè
compatibilia in eàdem Perſona. *Congregat. Epi-*
*ſcopor. in Maſſana*: ex eo quod, ut quis benè exer-
ceat alterum ex dictis officiis, alteri neceſſariò
deeſſe cogitur, *ead. Congregat. in Sutrina* 1640. 16.
 Nov.

*Nov. apud* d. Nicol. *ibid. verb.* Vicarius Gereralis, *n.37. & refert etiam* d. Paſcucc. *par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 418.

1603. 17. Febr. —— Vicarius Apoſtolicus debet habere ſalarium ſcutorum ducentorum monetæ Romanæ pro ſingulis annis ab Epiſcopo, vel à Menſa Epiſcopali, Sede vacante, niſi in Brevi Pontificio aliter exprimeretur: & inſuper ſcuta quinquaginta ejuſdem monetæ pro acceſſu, & receſſu, ideſt vigintiquinque pro acceſſu, & totidem pro receſſu: aliquando verò taxatur minus, vel plus ſecundùm locorum diſtantiam. *Congregat. Epiſcopor. in Cajacen.* quæ proviſio, ſeu ſalarium non incipit currere à data Brevis, ſed à die poſſeſſionis, & ingreſſu in Civitatem, quando cæpit juriſdictionem exercere, quia pro viatico dantur ſibi expenſæ acceſſus, *ead. Congregat. in d. Cajacen.* 1640. 23. *Nov.* quod ſi deputaretur Vicarius Apoſtolicus aliquis, qui in eàdem Civitate reſideret, non poſſet iſte prætendere expenſas acceſſus, neque receſſus, ſi ab ea reverà non recederet, *ead. Congregat. in Triventina* 1646. 2. *Mar.* neque poteſt, uſque quò diſcedat, ſummam taxatam pro receſſu prætendere, *ead. Congregat. in d. Cajacen.* 1640. 23. *Nov.* quod ſi Epiſcopus haberet tenues redditus, & detractà proviſione prædictà non poſſet cum reſiduo decenter ſubſtentari, deberet utique fieri nova taxatio, & diminui prædicta proviſio, habità ratione paupertatis Epiſcopi, *ead. Congregat.* 1647. 2. *Aug.* quæ moderatio poteſt, imo debet fieri ad ſcuta centum quinquaginta, & aliquando ad centum pro prædictà ratione paupertatis, & tenuitatis redditũum Epiſcopalium, *ead. Congregat. in Caſtren.* 1653. 3. *Oct. apud* Pellegrin. *in prax. Vicarior. par. 1. ſect. 6. n.* 32. *&* 33. 145

1603. 12. Apr. —— Vicarius Generalis præcedere debet omnes Dignitates, & Canonicos Sacris Veſtibus 146



ſtibus non paratos, & dummodo dictus Vicarius non ſit ex numero Dignitatum, vel Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, & velit tanquam Dignitas, vel Canonicus in Choro aſſiſtere, Diſtributiones quotidianas lucrandi gratià, quia tunc ſedere debet in Stallo, ſeu loco ſuæ Dignitatis, vel Canonicatus. *Congregat. Rit. in Pennen. apud* Paſcucc. *in Comp. ad Conſultat. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 240.

1603. 13. Maii. —— Magis decet Coadjutorem Epiſcopi facere Patentes Prædicatoribus, quàm Vicarium. *Congregat. Epiſcopor. in Arianen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 6. n. 8.* 147

1603. 13. Maii —— Turbata dicitur juriſdictio Archiepiſcopi, quando Epiſcopus Suffraganeus, vel ejus Vicarius edicto, aut lege prohiberet, ne in Diœceſi exequi non debeant, nec poſſint Ordinationes, & proviſiones quæcumque Metropolitani ſine ſua expreſſa licentia, nam tale edictum improbavit *Congregat. Epiſcopor. in Vulturarien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 32. num. 12.* 148

1603. 10. Jun. —— Parochus non eſt prohibendus ab Epiſcopo, ne celebret Officium Mortuorum ſine interventu Vicarii Foranei. *Congregat. Epiſcopor. in Cremen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Parochus, *num.* 13. 159

1603. 23. Jul. —— Poteſt Epiſcopus eligere ſibi in Vicarium, unum ex Canonicis de gremio Capituli, modò ſit exterus. *Congregat. Epiſcopor. in Meſſanen. & antea in Trahunen.* 1601. 3. *Sept.* juxta Felin. *in cap. cùm olim, de re judic. col.* 10. *apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. in princip. num. 9. ubi etiam* imo ſi non poteſt alio modo ſibi commodè provideri, licet aſſumere Canonicum etiam Regularem, ex Cucc. Pariſ. Sbroz. & DD. *in cap. ſi quis, diſt.* 68. ¶ Notandum primò, quod Prælatus Regularis dans aliquod officium, vel dignitatem extra Ordinem, putà ſi concedat alicui 150

cui Epiſcopo in Vicarium aliquem Fratrem, non
incurrit pœnas inflictas à *Paulo V. in Conſtitut.* 5.
*qua incipit* Admonemur, §. 1. *&* 2. *apud* Peyrin.
*de Privileg. Regular. tom.* 2. *pag. mihi* 339. *& tom.* 3.
*cap.* 10. *num.* 6. *pag.* 356. ¶ Notandum ſecundò,
quod illegitimus diſpenſatus ex privilegio ad Di-
gnitates intra Ordinem, non poteſt eas extra
Ordinem habere, ideoque non poteſt eſſe Vica-
rius Epiſcopi, quia Vicariatus eſt quædam Di-
gnitas, d. Peyrin. *tom.* 1. *circa Conſtitut.* 2. *Julii
II.* §. 29. *num.* 98. *pag.* 79. *ex* Rodriq. *tom.* 1. *qq.
regul. quæſt.* 13. *art.* 13. & Sanchez *lib.* 5. *in De-
calog. cap.* 5. *num.* 16.

1603. 2. Sept. —— Facultas *cap.* 7. *ſeſſ.* 21. transfe- 151
rendi Beneficia ſimplicia ex Eccleſiis vetuſtate
collapſis tranſit in Vicarium Capitularem, Sede
vacante. *Congregat. Concil. coram* Clem. VIII. *apud*
Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de Vi-
car. Capitul. *n.* 21.

1603. 5. Sept. —— Regulares approbati ab Epiſco- 152
po defuncto ad Confeſſiones audiendas, non poſ-
ſunt à Capitulo, ſeu ejus Vicario, Sede vacan-
te, examinari, propter Privilegium Clementis
IV. ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. in Fanen.* &
poſtea *in Aquen.* 1604. 27. *Jul. apud* eund. *ibid.
lib.* 5. *tit.* 38. *n.* 9. *& refert etiam* Antonel. *de regim.
Eccleſ. Epiſc. lib.* 4. *cap. ult. num.* 79. *ex* Diana *par.* 3.
*tract.* 2. *reſol.* 27.

1603. 16. Oct. —— Licèt Vicarius habere debeat 153
proviſionem, ſeu ſalarium ab Epiſcopo, non
autem ejus loco emolumenta Cancellariæ. *Con-
gregat. Epiſcopor. in Senogallien. apud* Nicol. *in Lu-
cubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de offic. Vicar.
*num.* 16. *ubi quod* reputatur abuſus intolerabilis,
quod Vicarius ſolvat reſponſionem Epiſcopo,
*ex ead. Congregat. in una Montis alti* 1617. 14. *Mar.
ex cap.* 1. 2. *&* 3. *ne Prælati vices ſuas ſub annuo cenſu
concedant.*

1603. 16. Oct. —— Deputatio Epiſcopi pro una 154
Diœ-



Diœceſi in locum Vicarii Metropolis. *Congre-
gat. Epiſcopor. in Caſtellaneten. apud* eund. *in Flo-
ſcul. verb.* Metropolitanus, *num.* 4. ¶ Notandum
primò, quod Epiſcopus aſſumptus in Vicarium
alterius Epiſcopi, non habet per hoc majorem
poteſtatem, quam cæteri Vicarii, Azor. *par.* 2.
*lib.* 3. *cap.* 45. *qu.* 9. *apud* Leuren. *de Vicar. tract.* 1.
*cap.* 1. *qu.* 55. ¶ Notandum ſecundò, quod Vica-
rius Generalis Epiſcopi, qui durante officio fuit
creatus, & conſecratus Epiſcopus, poteſt crea-
tione, & conſecratione non obſtantibus, reti-
nere dictum munus Vicarii Generalis, dum ſe
præparat, & expectat opportunitatem conferen-
di ſe ad ſuam Eccleſiam, ideoque valida ſunt per
eum geſta tanquam Vicarium: nullo enim jure
prohibetur, quin Epiſcopus poſſit eſſe Vicarius
alterius Epiſcopi, imo videtur permiſſum per
text. *in cap. plerique*, ubi Gloſſ. *verb. neceſſitas*,
*de offic. Ordin.* Anchar. *in cap. fin. de offic. Vicar. in*
6. Sbroz. *de Vicar. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 1. d. Azor.
*ibid. qu.* 6. quod in hoc caſu facilius procedit,
cùm ejuſmodi Epiſcopus non acceptaverit munus
Vicarii poſt ſuam electionem, ſed ſolùm conti-
nuarit in eo munere, quo fungebatur ante ſuam
conſecrationem, ſicque intrat Regula, quod fa-
cilius quid conſervatur in eſſe, quàm de novo
fiat, *l.* 1. §. *quamvis, de poſtul.* ¶ Notandum ter-
tiò, quod ſuffraganei in Epiſcopali Ordine con-
ſtituti, & actu carentes propria Diœceſi aſſumun-
tur ab Epiſcopo Diœceſano tanquam Coadjuto-
res, & Vicarii ad exercenda in ejus Diœceſi Ponti-
ficalia, Barboſa *de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 7. &
cùm ſolùm poteſtatem habeant exercendi ibidem
dicta Pontificalia (quæ poteſtas non eſt juriſdictio-
nis, Laym. *in cap. quoniam, de offic. Iudic. ord. n.* 2.)
differunt à Vicario Generali Juriſdictionem or-
dinariam habente, & unum Tribunal cum Epi-
ſcopo faciente.

1603. 26. oct. —— Facta electione Vicarii Capitu- 155
laris,

laris, non poteſt Capitulum illum ad libitum revocare, & novum conſtituere, niſi ex cauſa benè viſa Sacræ Congregat. Epiſcopor. in Aretina, & antea in Tarraconen. ac in Neapolitana, apud Barboſ. de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. n. 47.

1603. 26. Oct. —— Poſtquam Metropolitanus, ob 156
negligentiam Capituli Suffraganei non conſtituentis Vicarium Capitularem infra octo dies, deputavit Vicarium, non poteſt amplius Capitulum negligens purgare moram, & eligere. Congregat. Epiſcopor. in Mazarien. quod ſi Capitulum non elegit Vicarium in tempore, nec Metropolitanus negligentiam ſupplevit, tunc deputatur Vicarius Apoſtolicus à Sacra Congregat. Epiſcopor. in Sutrina 1603. 10. Iun. referentibus Pellegrino in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. num. 29. ac Nicolius in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. titul. 28. de Vicar. Capit. num. 18.

1603. 21. Nov. —— Vicarii Capitularis juriſdictio 157
eadem eſt in his quæ ſunt Juris communis, quæ fuit Epiſcopi. Congregat. Epiſcopor. in Reatina, apud d. Pellegrin. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 2. num. 9. & refert etiam d. Nicol. ibid. n. 21.

1603. 15. Dec. —— Poteſt Vicarius Capitularis li- 158
centiam dare Epiſcopo extero confirmandi, Eccleſias conſecrandi, reconciliandi, & cætera faciendi ad uſum Pontificalium ſpectantia in ſua juriſdictione. Congregat. Epiſcopor. in Nepeſina, apud Pellegrin. ibid. ſubſect. 2. n. 6.

1604. 12. Jan. —— Vicarius Capitularis, elapſo 169
anno ab Epiſcopi Synodo, congreget ipſe, & in ea Examinatores deputentur, extra quam non poterit dictos Examinatores eligere, ſed utetur exiſtentibus. Congregat. Concil. in Neapolitana, apud Nicol. in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 28. de Vicar. Capit. num. 21. & refert etiam Pellegrin. ibid. num. 14.

1604. 12. Jan. —— Vicarius Capitularis, non verò 160
Capitulum dat Dimiſſorias poſt annum, & intra



tra annum arctatis. Congregat. Concil. in d. Neapolitana, apud eund. ibid. & referunt etiam Barboſa in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 10. n. 10. ex Alden. in Compend. Canonicar. reſol. lib. 3. n. 5. ac de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num. 120. nec non Reiffenſtuel. tom. 1. Iur. Canonic. tit. 11. §. 5. num. 125. ex Marchett. in Prax. Vicar. Capitul. par. 2. tit. 15. n. 21.

1604. 12. Jan. —— Vicarius Capitularis non poteſt 162
dare licentiam alicui obligato ad reſidentiam, ut Studiorum cauſa poſſit abeſſe. Congregat. Concil. in una Civitatis Plebis, apud Nicol. in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 28 de Vicar. Capitul. n. 21.

1604. 3. Mar. —— Commiſſio Cauſæ habet annexam 163
facultatem citandi, inhibendi, carcerandi, conſtituendi, procedendi, & expediendi: & ſi eſt Curę Animarum, conſtituendi interim OEconomum, ſeu Vicarium per modum proviſionis. Congregat. Epiſcopor. & antea ſæpiſſimè, apud eund. ibid. tit. 29. n. 1.

1604. 13. Mar. —— Non poteſt Vicarius Capitula- 164
ris prohibere, ne quis, Sede vacante, promoveatur ad Ordines. Congregat. Epiſcopor. in Siracuſana, apud eund. ibid. tit. 28. de Vicar. Capitul. num. 21. & refert. etiam Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 4. num. 32. ubi num. ſeq. ait, quod tempore imminentiæ novi Epiſcopi debet abſtinere à dandis Dimiſſoriis, ſeu Teſtimonialibus ad Ordines, ex eàd Congregat. in Brixien. 1654. 20. Nov.

1604. 16. Mar. —— Parochus Urbanus, & Magi- 165
ſter Grammaticæ, & Epiſcopi, vel Capituli Vicarius deputari poteſt, ſi habeat alia requiſita. Congregat. Epiſcopor. in Imolen. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 4. n. 25.

1604. 4. Maii. —— Vicarius quilibet non poteſt 166
cognoſcere de Cauſa, quæ ſibi delegata fuit ſub nomine Vicariatus, poſt finitum, vel renununciatum officium: licèt ſecus ſit de Canonico, vel alio

alio

alio Prælato. *Congregat. Epiſcopor. in una Minor. Obſerv. apud* eund. *d. tom. 2. lib. 1. tit.* 28. de offic. Vicar. *num.* 15. ¶ Notandum, quod Vicarius Capitularis procedere poteſt in iis, quæ à Sacra Rituum Congregatione pro executione Decretorum de Sanctorum Canonizatione commiſſa fuerunt Epiſcopo poſtea defuncto, prout Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Canonizatione Sanctorum, *pag. mihi* 71.

1604. 8. Maii. —— Removeri poteſt Vicarius Capitu- 167
laris, ſi abſque cauſa inhibeat Suffraganeo, vel ejus Vicario exercitium ſui officii. *Congregat. Epiſcopor. in Materana, & antea in Tarentina* 1600. 17. *Jan. apud* eund. *par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 412.

1604. 1. Jun. —— Vicarius Capitularis eligendus 168
eſt infra octo dies à morte, vel translatione Epiſcopi, vel ejus notitia *Congregat. Epiſcopor.* & à Capitulo Cathedralis, non Collegiatæ Cathedrali ſubjectæ, *ead. Congregat.* 1607. 13. *Sept.* licèt Eccleſia ſe prætendat Cathedralem, ſi de hoc non conſtat, *ead. Congregat.* 1656. 6. *Apr. apud* eund. *ibid. n.* 18.

1604. 1. Jun. —— Exemptio conceſſa à Juriſdictio- 169
ne Epiſcopi, & Vicarii, non extenditur ad ſucceſſorem. *Congregat. Epiſcopor. in Georgentina*: maximè ſi eò mittatur Vicarius Apoſtolicus, *ead. Congregat. in Siracuſana* 1601. 20. *Aug. apud* eund. *in Floſcul. verb.* Exemptio, *n.* 15.

1604. 9. Aug. —— Subditis Nullius non concedun- 170
tur Dimiſſoriæ à Prælato Loci, vel ejus Vicario, imo neque à Vicario Apoſtolico, ſed ab Epiſcopo viciniori. *Congregat. Concil. in una Nullius Altamurana*, & *antea ſæpiſſimè, ac poſtea* 1606. 14. *Jun. apud* eund. *ibid. verb.* Dimiſſoriæ, *num.* 4.

1604. 6. Sept. —— Vicarius Generalis Archiepiſ- 171
copi poteſt etiam Sede vacante legitimè procedere



dere in cauſis appellationem à ſententiis Suffraganeorum ſer. ſer. interpoſitis. *Congregat. Epiſcopor. & antea in Caſenaten.* 1602. 3. *Dec.* Aſperrimè tamen increpantur Vicarii Metropolitanorum, qui irreverenter tractant Epiſcopos Suffraganeos, *ead. Congregat.* 1613. 26. *Mar. & antea* 1602. 5. *Nov. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 31. n.* 4.

1604. 26. Oct. —— Amotio Vicarii Capitularis 172
non eſt facienda ſine juſta cauſa cognoſcenda, & approbanda à Sacra *Congregat. Epiſcopor. in Aretina, & antea in Tarentina* 1603. 22. *Sept. & in Neapolitana* 1. *ejuſd. ac in Montis Regalis* 17. *Jun. ejuſd. anni*, ut refect Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1. form. 2. n.* 14.

1604. 22. Nov. —— Conſultor, ſive Aſſeſſor à 173
Vicario Capituli non Doctore aſſumendus, non poteſt deputari à Capitulo, aliter deputatio eſſet nulla. *Congregat. Epiſcopor. in Acernen. apud* eund. *ibid. n.* 27.

1604. 1. Dec. —— Vicarius Generalis in concurſu 174
Parochialium poteſt legitimè accedere habenti paritatem votorum, omiſſo habente ultra dimidiam. *Congregat. Concil. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatell. par. 1. tit.* de Concurſu Paroch. *pag. mihi* 189. *ubi addit rationem, ſcilicet*, quia habens vota paria cenſetur approbatus, ex Trident. *cap. 18. ſeſſ. 24. de reform.* at Epiſcopus, & ejus Vicarius Generalis non ſolùm poteſt accedere approbatis, ſed illos eligere, & ſufficit, quod unum ex approbatis eligat.

1605. 10. Jan. —— Ad vicinum Epiſcopum ſpectat 175
conferre Chriſma, conſecrare Aras, vel Altaria portatilia, Sede vacante: & Vicarius Capitularis procurare debet, ut illi ſubminiſtretur victus conveniens, & equorum expenſæ. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Epiſcopus, *num.* 55. *ubi quod* vicinior autem Epiſcopus dicitur, cujus Cathedralis eſt proximior Cathedrali

vacan-

vacanti, licèt fortè alia eſſet vicinior loco habi-
tationis impetrantis, *ex Congregat. Concil. in Fun-
dana* 1637. 14. *Nov.*

1605. 10. Oct. —— Si electio Vicarii Capitularis 176
non concludatur in tempore à Concilio Triden-
tino præſcripto *cap.* 16. *ſeſſ.* 24. fit devolutio ad
formam Conciliaris Decreti, tàm in caſu negli-
gentiæ, quàm in caſu diſſenſionis. *Congregat.
Concil, in Aquilana, apud* Monacel. *in Formular.
leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 10. *n.* 13.

1605. 14. Nov. —— Pro verificandis conditionibus 177
in licentiis Monachandarum appoſitis, non de-
bent mitti Commiſſarii, vel exigi viatica, ſed
committi Vicario Foraneo. *Congregat. Epiſcopor.
apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Expenſæ, *n.* 4.

1605. 21. Nov. —— Abbas, qui habet juriſdictio- 178
nem quaſi Epiſcopalem in Perſonas ſæculares, po-
teſt deputare Vicarium Monachum Juriſperitum:
quod ſi talem non habeat, debet tenere Vicarium
Clericum ſæcularem Doctorem: & ſi id minus
fieri poſſit, poterit facere Vicarium Monachum
non Doctorem, aſſignando tamen ei Doctorem
pro Aſſeſſore, ſine cujus conſilio nihil facere
poſſit, quod requirat altiorem indaginem. *Con-
gregat. Epiſcopor. in una Nullius, & antea* 1603.
23. *Dec. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.*
28. de offic. Vicar. Gener. *num.* 4. *& refert etiam*
Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pi-
gnatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 345.

1605. 2. Dec. —— Nominatio Vicarii ſpectat non 179
ad Ordinarium, ſed ad eum, cujus eſt Benefi-
cium, in quo erigitur Vicaria: & hoc procedit,
quamvis Vicarii non ſint ad nutum amovibiles,
ſed perpetui, & titulares, ex quo tales Vicarii
non habent, niſi exercitium Curæ Animarum.
*Rota in Ulixbonen. Iuris conferendi coram* Litta,
*apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5.
*verſ.* Præterea.

1606. 2. Febr. —— Officium in Choro dato ſigno 180
incho-



inchoandum eſt, non expectato Vicario. *Con-
gregat. Rit. in Neritonen. apud* Barboſ. *de Canonic.
& Dignitatib. cap.* 34. *num.* 7. & 8. ¶ Notandum,
quod cùm Archidiaconus Vicarius Epiſcopi ab-
ſentis, in omnibus ſit ipſo jure conſtitutus, *cap.*
1. *& cap. ad hac, de offic. Archid.* ideo ad ipſum,
Vicario Chori abſente, ſpectat regimen Chori,
prout Paſcucc. *par.* 1. *tit.* de Dignitatibus, *pag.
mihi* 210. *ad* 1.

1606. 5. Maii —— Vicarius Generalis non poteſt 181
Sedem arbitrio ſuo parare, ſed debet ſedere in
Sede ſolita Vicario aſſignata. *Congregat. Rit. in
Neritonen. apud* d. Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Præceden-
tia, *pag. mihi* 241. *& refert etiam* Leuren. *de Vicar.
tract.* 1. *c.* 1. *qu.* 61. *n.* 2.

1606. 7. Aug. —— Cùm aliquod Oppidum eſt nul- 182
lius Diœceſis, ad Epiſcopum, cujus Cathedra-
lis eſt proximior, ſpectat facere Concurſum, &
dare Dimiſſorias ipſis Clericis ſæcularibus, vel
ipſis Ordines conferre, præcedentibus litteris te-
ſtimonialibus Prælati loci, vel ejus Vicarii.
*Congregat. Epiſcopor. in Nullius Cerignola, & antea
ſæpiſſimè, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Exemptio,
*num.* 8.

1606. 31. Aug. —— Vicarius Capitularis non va- 183
let Seminarium abſque conſilio Deputatorum
(quos removere non poteſt) adminiſtrare, nec
gubernium, aut taxam mercedis, & alimento-
rum variare. *Congregat. Concil. in Salernitana, a-
pud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16.
*form.* 10. *n.* 14.

1606. 16. Sept. —— Vicarii perpetui Parochialium 184
præcedere debent illis de Cathedrali, prout de-
claravit *Congregat. Rit. in Turalen. apud* Pelle-
grin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 8. *num.* 25. ex
Aldan. *in Compend. Canonicar. reſolut. lib.* 1. *tit.* 43.
*num.* 58.

1606. 15. Nov. —— Licentia aſſumendi Regulares 185
in Vicarios Epiſcoporum, Monachos ſcilicet
E Cœle-

Cœleſtinos , & Dominicanos , conceditur à *Congregat. Epiſcopor. in Veſtana , & antea in Trabunen.* 15. *Iul. ejuſd. anni , ac in Puteolana* 1593. 4. *Febr. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus , *pag. mihi* 345. & *refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 18. de offic. Vicar. Gener. *num.* 4. *ubi quod* Epiſcopi in partibus Infidelium paſſim abſque alia ſpeciali licentia deputare ſolent Regulares etiam Mendicantes in Vicarios.

186 1606. 9. Dec. — Nullus Epiſcopus, vel Ordinarius Locorum, aut eorum Vicarii poſſunt ſub quovis prætextu moleſtare, perturbare, vel inquietare Abbatem Generalem Congregationis Cœleſtinorum Ordinis S. Benedicti pro tempore exiſtentem ob functiones ſolemnes, & uſum Pontificalium in Eccleſiis ſui Ordinis. *Paulus V. in Conſtitut. quæ incipit* Ex injuncto , *apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *poſt Conſtit.* 26. *Urbani VIII. quæ incipit* Sacroſancti.

187 1607. 25. Febr. — Pœnitentiarius approbatus , & in poſſeſſionem immiſſus à Delegato Apoſtolico , eò quod Vicarium , & Tribunal Ordinarii ſuſpectum haberet , poteſt audire Confeſſiones abſque alia licentia ipſius Ordinarii. *Congregat. Epiſcopor. in Aquilejen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Pœnitentia , *num.* 4. ¶ Notandum primò, quod electio Pœnitentiarii pertinet ad ſolum Epiſcopum , vel , eo abſente , ad Vicarium ſuum , cui in ſpecie delegaverit Epiſcopus hanc facultatem , expenſis tamen ipſius Epiſcopi : ſed & ipſe Epiſcopus abſens poterit , ubi eſt , eligere Pœnitentiarium : non enim ad id eſt neceſſaria præſentia , ſeu exiſtentia in Diœceſi , nam extra illam poteſt expediri , cùm non ſit contentioſæ , ſed voluntariæ juriſdictionis , *Congregat. Concil. in Burgen. apud* Corrad. *in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 110. ¶ Notandum ſecundò , quod ſi intra ſemeſtre à die notitiæ vacationis , Epiſcopus per ſe ,



ſe , vel ejus Vicarium non eligeret Pœnitentiarium , devolvitur electio ad Capitulum , cùm ad Epiſcopum pertineat proprio jure , & ordinario , Concil. Trident. juxta *cap.* 2. *de conceſſ. Præben. apud* d. Corrad. *ibid.* ex Garz. *in addit. ad par.* 5. *cap.* 5. *num.* 143. ¶ Notandum tertiò , quod Rebuff. *in Prax. tit. de devolut. num.* 63. ubi dicit , quod Capitulum Sede vacante poterit etiam creare Pœnitentiarium , qui abſolvat à caſibus etiam ab Epiſcopo reſervatis , non eſt intelligendus de Pœnitentiario ad præſcriptum Tridentini , cujus deputatio cum annexione Præbendæ ſpectat ad Epiſcopum , ſed de eo Pœnitentiario , qui ſit ſimplex Confeſſarius à Capitulo conſtituendus , ut Sede Epiſcopali vacante poſſit abſolvere à Caſibus Epiſcopo reſervatis , cujus officium per ſupervenientiam novi Epiſcopi expirat , & nullam Præbendam annexam habet , ut ex d. Garz. *loc. cit. num.* 150. dicit d. Corrad. *ibid.*

188 1607. 17. Mar. — Non poteſt Vicarius Epiſcopi Prædicatori benedicere , antequam Pulpitum aſcendat. *Congregat. Rit. in Pacen. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *numer.* 12.

189 1607. 10. Maii. — Dignitas prima ſemper eſt , & vocatur prima Dignitas , licèt Vicarius Generalis ſedeat in ſuo loco , ut declaravit *Congregat. Rit. in Placentina ad* 4. *dub. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 7. *n.* 6.

180 1608. 14. Maii. — Vicarius Generalis , præſente Epiſcopo in die Purificationis Beatiſſimæ Mariæ Virginis , non debet accipere Candelam ante Canonicum , vel Dignitatem , quæ Epiſcopo miniſtravit. *Congregat. Rit. in Lucerina , & Lauretana , apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Præcedentia , *pag. mihi* 241. & *refert etiam* Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.* 2. *qu.* 61. *n.* 3.

191 1608. 25. Jun. — Vicarius non poteſt dare licen-

tiam exercendi Pontificalia ſine ſpeciali mandato . *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Vicarius in genere , *num.* 6.

1609. 21. Mar. —— Vicarius perpetuò adſcriptus 192
Eccleſiæ Cathedrali , eſt de corpore Cathedralis , & conſequenter incedit ſub illius Cruce . *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Vicarius perpetuus , *in addit. n.*8.

1609. 27. Nov. —— Valet Edictum Epiſcopale , in 193
quo diſponitur , quod Congregationes Confraternitatum Eccleſiaſticarum non habeantur abſque interventu , & aſſiſtentia Vicariorum Foraneorum . *Congregat. Concil. in Neritonen. & antea in Mediolanen.* 1587. 27. *Jan. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Confraternitatibus , *pag. mihi* 202.

1610. 5. Mar. —— Inquiſitores , & Officiales ad 194
cauſas Sancti Officii deputati , actu tamen inſervientes , in Caſtellæ , Legionis , Aragonum , nec non Hiſpaniarum , & utriuſque Siciliæ Regnis exiſtentes , percipiant per quinquennium ( *quod ſolet ſucceſſivè iterum concedi* ) omnes fructus , & obventiones Beneficiorum per ipſos obtentorum , dummodo non ſint Parochiales Eccleſiæ , perpetuæ Vicariæ , vel Beneficia Curam Animarum habentia . *Paulus V. in Conſtitut. quæ incipit.* Aliàs , *apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 24. *n.* 2. *verſ.* Non ſolùm .

1610. 19. Jul. —— Parochus Urbanus , tam Epi- 195
ſcopi , quàm Capituli Vicarius deputari poteſt , ſi habeat alia requiſita . *Congregat. Epiſcopor. in Aurien. & antea* 19. *Mar. ejuſd. anni , apud* eund. *ibid. cap.* 42. *n.* 37. *& refert etiam* Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Vicario , *pag. mihi* 417.

1611. 12. Mar. —— Si in electione Vicarii Capi- 196
tularis duo Canonici Doctores habuerint vota paria , neuter erit Vicarius legitimus , & electio propterea devolvetur ad Metropolitanum juxta diſpoſitionem Tridentini . *Congregat. Concil. in* Vercel-



*Vercellen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 10. *n.* 13.

1611. 9. Maii . —— Si conſtiterit , quod via ſit mon- 197
tuoſa , aſpera , lutoſa , ac ita ardua , ut Parochiani ſine magno incommodo , imo etiam periculo pro recipiendis Sacramentis , & audiendis Divinis Officiis ad Parochialem accedere nequeant , præſertim tempore hyemali propter imbres , ac pluvias , non ſolùm reputatur neceſſaria deputatio Vicarii , verùm etiam diſmembratio , ſive erectio novæ Parochiæ . *Rota in Lucana Diſmembrationis coram* Ottembergo , *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho , *pag. mihi* 203.

1611. 15. Jul. —— Non poteſt eſſe Vicarius Epiſco- 198
pi Canonicus Pœnitentiarius , ne ſuſpicionem ingerat , quod in adminiſtratione Juſtitiæ utatur ſcientia Confeſſionis , niſi eſſet tantæ opinionis apud omnes , ut excluderetur hujuſmodi ſuſpicio . *Congregat. Epiſcopor. in Ariminen.* & antea *in eàd.* 28. *Ian. &* 13. *Maii ejuſd. anni , apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *in princip. numer.* 9. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Can. lib.* 1. *tit.* 18. de offic. Vicar. Gener. *n.* 4. *pag. mihi* 37.

1612. 4. Maii . —— In Eccleſiis Parochialibus , ef- 199
fectis de Menſa Monaſterii Monachorum non poteſt Epiſcopus conſtituere Vicarios perpetuos vigore Tridentini *cap.* 7. *ſeſſ.* 7. *de reform.* nam hujuſmodi Eccleſiæ non ſunt ſimpliciter Monaſterio unitæ , ſed ex litteris Pontificum effectæ de Menſa Monaſterii : quia conceduntur Eccleſiæ cum Bonis , & cum illorum adminiſtratione , quod non importat ſimplicem unionem , ſed quod Eccleſia unita fiat de Menſa Monaſterii . *Rota in Theatina Iuriſdictionis coram* Coccino , *ex* Gloſſ. 1. *in Clem.* 1. *verb. de Menſa , apud* Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Parocho , *pag. mihi* 217. *ubi quod* ideo quando Eccleſia eſt de Menſa Monaſterii , tunc de jure non eſt locus deputationi Vicarii

 perpe-

perpetui, ſed Abbas poteſt retinere in illis Preſbyterum ſæcularem ad nutum amovibilem, qui ipſum adjuvet in Cura.

*1612.* 7. Jul. —— Non licet Vicariis ſumere Paramenta de Altari, quia hoc facere ſolis Epiſcopis celebrare volentibus permittitur: niſi adſit neceſſitas, cùm ſcilicet aliùs locus congruus non adeſt, ut poſſit Sacris Veſtibus indui: & tunc non in medio Altaris, ſed in cornu Evangelii, ſicut alii Sacerdotes faciunt; in caſu ſimili Paramenta ipſa accipiant. *Congregat. Rit. apud* Pellegrin. *par.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *num.* 11. 200

*1612.* 11. Sept. —— Clericus conjugatus, licèt cum unica, & virgine, non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. *Congregat. Epiſcopor. in Trabunen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 18. de offic. Vicar. Gener. *num.* 4. *& referunt etiam* Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 5. ac d. Pellegrin. *par.* 1. *in princip. num.* 4. *ubi* limitatur tamen, ſi Epiſcopus habeat juriſdictionem temporalem, nam tunc poteſt in ea nominare Clericum conjugatum, ex Marcel. Vulpe *in Prax. Iudic. For. Eccleſ. cap.* 40. *num.* 13. & ex Camil. Borel. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 8. *num.* 20. ¶ Quoad prædictam limitationem, vide quæ diximus ſupra 1581. 16. Maii. 201

*1612.* 13. Nov. —— Canonicus ſubſtitutus à Vicario Canonico nullam prætendere poteſt præcedentiam. *Congregat. Epiſcopor. in Lancianen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Præcedentia, *n.* 2. 202

*1613.* 14. Jan. —— In Præpoſitura, ſive membris, ac ſubjectis, & unitis Regularium Monaſteriis, non requiritur Concurſus juxta formam Concilii Tridentini *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. ſed ſufficit de idoneo tantùm illas providere. *Rota in Feſulana Prioratus coram Innocentio X. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concurſu Paroch. *pag. mihi* 192. 203

*1613.* 4. Maii. —— Prothonotarios de numero Participantium in eorum quaſi poſſeſſione præcedendi Canonicos, tam in Eccleſiis Patriarchalibus, quàm in aliis quibuſcunque etiam Cathedraribus extra Urbem, manutenendos fore, & eſſe cenſuit, & declaravit, atque ita in futurum ſervandum eſſe decrevit, mandando Vicariis, & Canonicis dictarum Eccleſiarum Patriarchalium, & aliarum quarumcunque, ut in poſterum in quibuſcunque actibus, hujuſmodi Decreto parère teneantur. *Congregat. Rit. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 18. *n.* 34. 204



*1614.* 21. Febr. —— Poteſt Epiſcopus plures habere Vicarios, ſi ita ſervetur de conſuetudine. *Congregat. Epiſcopor. in Lancianen. & antea in eàd.* 1599. 28. *Mar.* & à fortiori, ſi habeat plures Civitates, vel Diœceſes unitas, nam tunc debet in unaquaque tenere ſuum Vicarium Generalem, *eàd. Congregat. in Sutrien.* 1594. 7. *Iun.* non debet tamen habere plura Tribunalia, vel plures Vicarios juxta numerum Dominiorum, ad quæ Diœceſis ſe extendit, *ead. Congregat. in Aquen.* 1604. 16. *Febr.* quod ſi unum conſtituat Vicarium, ad illum debent accedere Subditi utriuſque Diœceſis, *Rota in Viterbien. & Tuſchanen. Vicarii* 1617. 3. *Mar. coràm* Cavallerio, *apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 5. *n.* 12. *& ſeqq.* Vide etiam Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 18. de Vicar. Gener. *num.* 7. 205

*1614.* 28. Febr. —— Licèt quis viſitet tanquam Vicarius Epiſcopi, non debentur Diſtributiones, ſed tantùm fructus. *Congregat. Epiſcopor. in Pennen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Diſtributiones, *numer.* 16. 206

*1614.* 21. Mar. —— Conſuetudo, quæ viget in toto ferè Regno Neapolitano, per quam morientibus *ab inteſtato* poteſt fieri Teſtamentum ad pias cauſas à Rectoribus Curatis, vel Vicariis Foraneis, juxta devotionem, qualitatem, & quantitatem Patrimonii, ac Perſonæ ipſius Defuncti, 207

 quo

quo relinquatur aliquid modicum iis Eccleſiis, vel Locis piis, quibus Defunctus devictus, vel affectus erat, eſt laudabilis, & ubi viget, manuteneri debet etiam cum cenſuris. *Congregat. Epiſcopor. in Salernitana, & antea in Tricaricen. 1603. 5. Sept. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Teſtamentum, *num.7.* ubi tamen aliquas refert conditiones ibidem videndas, ab eàdem Congregatione approbatas.

1614. 6. Jul. —— Vicarius Canonicus in habitu Pre- 208
latitio amittit Diſtributiones. *Congregat. Rit. & antea 1605. 2. Aug.* etiam eas, quæ dantur ob Proceſſiones, *ead. Congregat. 1620. 4. Apr. & antea 1616. 1. Oct. 1613. 22. Dec. 1610. 7. Aug. 1607. 16. Jul. 1601. 20. Dec. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcoper. verb.* Canonicorum Diſtributiones, *n.9. & 10. in addit.*

1614. 26. Jul. —— In Eccleſia Parochiali unita ſuf- 209
ficit deputare Vicarium amovibilem ab Ordinario approbatum, niſi tamen ſubſit ſpes, quod brevi Populus, & Animæ revertantur ad primam Parochialem, habituſque reducatur ad actum. *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 4. n. 23.*

1614. 6. Aug. —— Poteſt Vicarius Epiſcopi exequi 210
commiſſiones, & litteras Apoſtolicas, quæ prius directæ fuerant Vicario Capitulari, non adhuc executæ. *Congregat. Epiſcopor. in Parmen. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 2, ſubſect. 1. numer. 13.*

1614. 11. Aug. —— Ætas viginti trium Annorum 211
permitti poteſt in Vicario Capitulari, ſi aliàs eſt idoneus, non tamen expedit. *Congregat. Concil. apud* Barboſ. *in Collect. ad Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 16. num. 19. & in tract. de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num. 54. & refert etiam* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Capitulum Sede vacante, *n. 9. in addit.*

1614. 11. Nov. —— Epiſcopo, & in ejus abſentia 212
Vica-



Vicario Generali debetur reverentia in Choro, dum Divina celebrantur, ab omnibus Canonicis, etiam exemptis ratione Subcollectariæ, & alia ratione. *Congregat. Epiſcopor. in Catacen. apud* d. Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 1. n. 1.* ex Aldan. *in Compend. Canonic. reſol. lib. 3. tit. 28. n. 19.*

1614. 21. Nov. —— Vicarius Epiſcopi non poteſt 213
concedere Dimiſſorias Græcis conjugatis ad Ordines, neque Epiſcopo in remotis agente. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Græci, *num. 14.*

1614. 21. Nov. —— Sportulas propriè dictas, quæ 214
recipiuntur in Cauſis Civilibus, etiam Epiſcoporum Vicarii recipere poſſunt. *Congregat. Epiſcopor. in Ferrarien. apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 1. lib. 4. tit. 6.* de Actionibus, *num. 244. ubi* pro ſententiis tamen diffinitivis, non pro interlocutoriis, *ex eàd. Congregat, in Rhegien. 1603. 28. Nov.*

1614. 19. Dec. —— Licebit Notario accipere unum 215
Carolenum pro quolibet Teſte, & Vicario quinque Carolenos pro Decreto interponendo ſuper ſufficientia Patrimonii. *Congregat. Epiſcopor. apud* eund. *in Floſcul. verb.* Ordo, *num. 7.*

1615. 10. Apr. —— Poteſt Vicarius Capitularis Se- 216
de vacante executioni demandare litteras Epiſcopo per Sacram Congregationem directas, & ab illo non exequutas. *Congregat. Epiſcopor. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 2. num. 19. & refert etiam* Barboſa *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num. 60.* ac in Collect. *ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 10. num. 5.* ex Aldan. *in Compend. Canonic. reſolut. lib. 2. tit. 3. num. 1.* & iterum *ſeſſ. 24. de reform. cap. 16. num. 25. ubi quod* nec non omne illud, quod Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breve in cauſis juriſdictionem importantibus conceſſum, *ex eàd. Congreg. in Neapolit. 1604. 10. Feb. & antea in Tranen. 26. Jan. ejuſd. anni.*

1615.

1615. 1. Jun. —— Quotieſcunque in Vicarium tranſ- 215
fertur non ſolùm exercitium Curæ, ſed etiam omnimoda Cura, habet locum Concurſus, & nihil refert ad hunc effectum, an Vicarius ſit perpetuus, vel ad nutum amovibilis. *Rota in Ulisbonen. Concurſus coram* Remboldo, *apud* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 60. n. 32.*

1615. 27. Jun. —— Electio Vicarii Capitularis non 216
ſuſtinetur ex eo, quod electus unus ex vocalibus poterit conſentire propriæ electioni, ut ejus vox computetur pro conſtituenda majori parte votorum; quia ubi electio procedit per ſecreta ſuffragia, non poterit ſeipſum eligere, nec ſuum votum computare in numero, Hoſtien. *in cap. per veſtras, numer. 5. de Jurepatr.* & cum eo Jo: Andr. *numer. 4.* & reſolvit *Rota in Bergomen. Capellaniæ coram* Buratto, *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de de Vicario, *pag. mihi* 412.

1615. 21. Aug. —— Vicarius Apoſtolicus ultra 219
proviſionem taxatam unà cum acceſſu, & receſſu, debet habere ſolita emolumenta Vicariatus, & honoraria pro Decretis: non tamen habere debet, nec recipere poteſt emolumenta, quæ proveniunt ex Sigillo, illa enim ſpectant ad Epiſcopum, ſive ad Menſam, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. in Theanen. & antea in Aquilana 1585. 24. Oct. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 6. num. 35.*

1615. 25. Aug. —— Epiſcopus, vel Vicarius dare 220
debent in ſcriptis licentias laborandi diebus Feſtis, *Congregat. Epiſcopor. in una Civitatis Caſtellanæ. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 2. tit. 9.* de feriis, *n. 6. & refert etiam* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Feſtis diebus, *pag. mihi* 297.

1616. 11. Jan. —— Non poteſt Capitulum propter 221
ſolam abſentiam Epiſcopi conſtituere Vicarium Capitularem, licèt moreretur, vel alio modo deficeret Vicarius Epiſcopi, ſed recurrendum eſt ad Sanctam Sedem pro proviſione, quando non poteſt certiorari Epiſcopus, ut conſtituat alium. *Congregat. Epiſcopor. in Meſſanen. ex cap. penult. verb. mortem*, ubi Gloſſ. *de ſupplen. negl. Prælat. in 6.* & interim adminiſtrabit Archidiaconus, qui eſt Vicarius natus, ut notat Sbroz. *lib. 1. quæſt. 2. num. 2.* ſecus tamen eſſet, ſi Epiſcopus detineretur captivus in manibus hoſtium, quia tunc Vicarium Capitularem eligere poſſet, ut ait Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. num. 23.*



1616. 15. Jan. —— Non poteſt Vicarius convoca- 222
re Capitulum, nec in eo intervenire, ratione talis officii, niſi in Eccleſiis receptivis, vel ubi adeſt tale ſolitum. *Congregat. Epiſcopor. in Ruvien. & antea in Nardien. 1603. 27. Oct. ac in Juvenacen. 1591. 12. Febr. nec non in Mediolanen. 1577. 2. Jun. apud* d. Nicol. *in Floſcul. verb.* Capitulum, *numer. 4.*

1616. 22. Apr. —— Vicarius Epiſcopi nihil prorſus 223
poteſt accipere pro laboribus in inſtruendo Proceſſu, ſive pro Decreto diſpenſationis Matrimonialis. *Congregat. Epiſcopor. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Matrimonii impedimenta, *numer. 34.*

1616. 9. Dec. —— Dignitas, vel Canonicus non 224
intitulatur primò, & principaliter in Parochiali acceſſoriè, & in perpetuum annexa, ſed in Dignitate, & Canonicatu, Dec. *in cap. aures, num. 13. & 14. de reſcript.* Garz. *de Benefic. par. 11. cap. 5. num. 194. ubi etiam dicunt, quod* non cenſetur habere Curam Animarum: tunc enim Cura actualis remanet penes Vicarium, præſertim ſi in unione fuerit diſpoſitum, quod Vicarius præſentari debeat à Dignitate, vel Canonico: habitualis verò tantùm remanet penes Dignitatem, & Canonicum, cujus Præbendæ unio hujuſmodi facta fuit. *Rota in Barchinonen. Vicariæ coram* Buratto,

tatto, *relata ab* Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc.*
*lib. 3. cap. 12. num. 29. ubi num. ſeq. ait*, *quod* quam-
vis Vicarius temporalis inſtituatur ab Ordinario
ad præſentationem Canonici, vel Dignitatis,
per hujuſmodi tamen deputationem nulla juriſdi-
ctio per Canonicum, ſeu Dignitatem datur: quia
in Cura Vicarius etiam temporalis ab illo depen-
dentiam non habet, ſed illam recipit ab Epiſco-
po inſtituente, ſeu approbante, penes quem eſt
titulus Curæ, *ex eàd. Rota deciſ. 309. par. 2. diverſ.*
Videatur Antonel. *hoc loc.* ubi plures ad rem pro-
bationes legales.

1616. 16. Dec. —— Vicarii Foranei, ſi ſunt Cano- 225
nici, non poſſunt prohibere Concanonicos ne Ca-
pitulum faciant ſine eorum licentia contra uſum
Eccleſiæ. *Congregat. Rit. & antea in Orien. Cælia*
*1606. 16. itid. Dec. apud* Pellegrin. *in Prax. Vica-*
*rior. par. 1. ſect. 7. ſubſect. unic. n. 21. & refert etiam*
Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Vicarius Fora-
neus, *in addit. n. 1.*

1617. 14. Jan. —— Vicario Generali ſedenti in 226
Choro licèt ſupra Canonicos, thurificatio du-
plici, non autem triplici ductu thuribili debetur,
ſi tamen non ſit Prælatus. *Congregat. Rit. in Nepe-*
*ſina*, *apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.*
*34. num. 29. & refert etiam* Paſcucc. *in Compend. ad*
*Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Præ-
cedentia, *pag. mihi* 242.

1617. 13. Febr. —— Vicarius Capitularis electus 227
non dicitur habere majorem partem, eo quod ha-
beat tantùm medietatem, quoniam debet excede-
re ſaltem in uno voto, aliàs electio eſt nulla, ut
reſolvit *Rota in Hiſpalen. Canonicatus coram* Burat-
to, juxta Gloſſ. *in cap. unic. verb. aſſenſu*, *ne ſed.*
*vac. in 6.* Abb. *in cap. poſtulaſti*, *num. 14. de conceſſ.*
*Preben.* Bellam. *in cap. quapropter*, §. *niſi fortè*, *dub.*
*3. num. 8. apud* d. Paſcucc. *ibid. tit.* de Vicario,
*pag. mihi* 411.

1617. 7. Mar. —— Licentia alloquendi Moniales 228
Regu-



Regularibus ſubjectas danda eſt in Diœceſi à Vi-
cario deputando, ſed Superior Regularis primo
loco ſubſcribat: idem ſervetur in licentiis ingre-
diendi Monaſteria, ſed ſi Caſus fuerit repentinus,
ſufficiet alterutrius ſubſcriptio. *Congregat. Epiſco-*
*por. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Licen-
tia, *num. 7. & 8. & refert etiam* Barboſa *in Collect.*
*ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 5.*
*num. 113.*

1617. 14. Mar. —— Poſtquam Epiſcopus, vel Vi- 229
carius Virginis voluntatem exploraverit, vel de-
putatus ab eis, qui ſcripto ad Epiſcopum, vel
Vicarium teſtari debet quidquid invenerit in exa-
mine; ſi nullum obſtet canonicum impedimen-
tum, Epiſcopus, vel Vicarius à Conſanguineis
Puellæ reale depoſitum pecuniæ numeratæ pro
dote, ſcilicet illius inſtrumentum videbit, & fi-
dejuſſionem accipiet pro aliis rebus Monaſterio
dari ſolitis, ac Capitulum pro acceptatione fieri
mandabit: quod ſi Monaſterium fuerit ſubjectum
Regularibus, Epiſcopus, vel Vicarius ſolùm te-
ſtificabitur de explorata Virginis voluntate, ac
unà cum Superiore videbit inſtrumentum depoſi-
ti realis dotis, ac fidejuſſorem, ut ſupra, reci-
piet: reliqua ſoli Superiori expedienda relinquet.
*Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2.*
*lib. 3. tit. 1. n. 22.*

1617. 17. Jun. —— Poteſt Capitulum eligere Vi- 230
carium ad tempus, putà ad annum, apponen-
do in commiſſione hanc clauſulam, ut ſcilicet
duret per annum, prout declaravit *Congregat. Con-*
*cil. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult.*
*num. 44.* & in Collect. *ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de*
*reform. cap. 16. num. 14.* & refert etiam Pellegrin.
*in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. nu-*
*mer. 10.*

1617. 11. Aug. —— Si veræ inimicitiæ, ſint poſt ob- 231
tentam Parochialem ſine culpa Parochi ortæ,
poteſt ab Ordinario dari dilatio Parocho, ut in
alio

alio loco viciniori, ac tutiori maneat, durantibus ipſis inimicitiis: item non ultra annum durent: interea autem idoneus Vicarius in Parochiali ab ipſo Ordinario ponatur, eique congrua portio aſſignetur ex redditibus ipſius Parochialis. *Congregat. Concil. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 419. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 4. num. 26.* ¶ Notandum, quod licentia abſcedendi à reſidentia, gratis eſt concedenda, ex traditis à Fagnan. *in cap. relatum, num. 21. de Cler. non reſid.* & ab Epiſcopo, non autem à Vicario Generali, qui talem facultatem non habet, niſi Epiſcopus longè abſit, vel licentiam à Vicario conceſſam, ratam habeat, ut oſtendit Abb. *in conſ.* 88. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 1. ubi ampliat in loco, ubi adeſt conſuetudo.

1617. 7. Oct. —— Vicarii Foranei, ſi ſunt Canonici, non debent habere majorem portionem ex Funeralibus, quam ſi eſſent ſimplices Canonici. *Congregat Rit. in Bononien. Caſtri S. Joannis*: neque poſſunt mulctare Clericos, vel Presbyteros, qui non veniunt ad Horas Canonicas, ultra ſolitum punctum amiſſionis Diſtributionum quotidianarum, *ead. Congregat. in Brunduſina* 1606. 4. *Maii, apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 7. ſubſect. unic. n. 20. &* 22. 232

1618. 22. Jan. —— Non poteſt Vicarius Generalis facere Functiones Epiſcopales, abſente, vel impedito Epiſcopo, ſed hoc ſpectare ad primam Dignitatem, & ſucceſſivè ad alios ſeniores de Capitulo declaravit *Congregat. Rit. ſæpiſſimè, & ſignanter in Alatrina, apud* d. Pellegrin. *d. par. 1. ſect. 6. n. 22.* 233

1618. 6. Mar. —— Licèt Capitulum Sede vacante poſſit iteratis vicibus ad Vicarii Capitularis electionem devenire, cùm hoc non reperiatur prohibitum in Jure, abſque gravi tamen cauſa hoc facere non debet. *Congregat. Epiſcopor. in Meſſanen.* 234

*apud*



*apud* d. Pellegrin. *par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. num. 5. & refert. etiam* Barboſa *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num. 30. ubi etiam quod* poterit etiam Capitulum, Sede vacante, Vicarios pedaneos conſtituere, ſicuti illos conſtituere poſſet Epiſcopus.

1618. 6. Iul. —— Vicarius Epiſcopi tam in Choro, quàm ubilibet debet præcedere Archidiaconum. *Congregat. Epiſcopor. in Theatina, apud* d. Barboſ. *ibid. cap. 5. num. 55. & refert etiam* Leuren. *de Vicar. tract. 1. cap. 1. quæſt. 61. num. 1.* & ſic in ſpecie Vicarium præferri Canonicis, & Archidiacono, tam in actu, in quo eſt Vicarius, quàm in aliis actibus neceſſariò antecedentibus, & conſequentibus actus juriſdictionales, & in promiſcuis, & indifferentibus, ut in Conviviis, & ſimilibus, fusè probari à Gratiano *diſcept. 111. per tot.* ait Ventrigl. *in Prax. For. Eccleſ. tom. 2. annot. 15. §. 2. num. 20.* 235

1618. 13. Iul. —— Edicta, quibus prohibetur acceſſus ad collocutoria Monialium, comprehendunt etiam exteros, & exemptos, qui ſi accedant ſine licentia Epiſcopi, aut illius Vicarii ad colloquendum, poſſunt ab eodem puniri, quia delinquunt in ſuo Territorio. *Congregat. Epiſcopor. in Tranen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 19. n. 6.* 236

1618. 14. Iul. —— Nullitas electionis Vicarii Capitularis erit patens, ſi non fuerint vocati omnes ex Canonicis electoribus, cùm ad irritandam electionem ſufficiat contemptus unius, ut ex Gloſſ. Abb. aliiſq; *in cap. quod ſicut, de elect.* dixit *Rota in Meten. adminiſtrationis Epiſcopatus coram* Remboldo, *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 411. 237

1618. 11. Aug. —— Vicarius Generalis abſque ſpeciali mandato non poteſt Synodum celebrare. *Deciſum refert* Barboſa *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24.* 238

ſeſſ. 24. de reform. cap. 2. num. 21. ex plurib. citat.
DD. & num. ſeq. ait ex Garz. & Gavan. quod Ca-
pitulum Sede vacante poteſt per Vicarium Capi-
tularem congregare.

1618. 15. Sept. —— Poteſt Epiſcopus tenere Audi- 239
torem etiam laicum, modò non ſit Vicarius,
vel Judex. Congregat. Epiſcopor. in Meſſanen. & an-
tea in Squillacen. 1599. 8. Jun. apud Nicol. in
Floſcul. verb. Epiſcopus, num. 81.

1618. 22. Dec. —— Vicarius Patriarchæ Latini 240
Conſtantinopolitani ſolet eſſe Regularis, ex
conceſſione Congregat. Epiſcopor. apud Paſcucc. in
Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2.
tit. de Regularibus, pag. mihi 345.

1619. 2. Mar. —— Epiſcopus, vel ejus Vicarius 241
Canonicus poteſt intervenire in actibus capitu-
laribus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo,
non obſtante quacumque conſuetudine in contra-
rium. Congregat. Concil. apud Barboſ. de Canonic.
& Dignitatib. cap. 35. num. 8.

1619. 19. Mar. —— Canonicus Curatus poteſt eli- 242
gi in Vicarium Generalem, Sede vacante. Con-
gregat. Epiſcopor. apud Gavant. in Manuali Epiſco-
por. verb. Capitulum Sede vacante, num. 8. & re-
fert etiam d. Barboſa loc. cit. cap. 42. num. 38. ac in
Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat.
cap. 16. num. 7.

1619. 12. Apr. —— Suffraganeus, vel ejus Vica- 243
rius non debent prohibere, ne ſibi præſententur
comparitiones, citationes, vel inhibitiones à
Metropolitano expeditæ, niſi per manus certa-
rum Perſonarum, quæ ad hujuſmodi miniſterium
ab ipſo Suffraganeo ſunt deſtinatæ. Congregat. Epi-
ſcopor. in Spalaten. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2.
lib. 2. tit. 28. de appellat. num. 5.

1619. 13. Jul. —— Vicarius Generalis, abſente 244
Epiſcopo, debet habere primum locum ſuper
omnes Dignitates, & Canonicos, non obſtante
conſuetudine, aliiſque in contrarium. Congregat.





Rit. in Meliten. apud Barboſ. de Canonic. & Di-
gnitatib. cap. 5. num. 56. & referunt etiam Paſcucc.
par. 2. tit. de Præcedentia, pag. mihi 240. ac Leu-
ren. de Vicar. tract. 1. cap. 1. quæſt. 61. num. 1. ubi
etiam quod præcedit, & præfertur illis Dignita-
tibus, & Canonicis, qui in habitu Prothono-
tarii incedunt, ut cenſuit ead. Congregat. in Brun-
duſina 1605. 16. Jul. imo Canonicis incedentibus
in habitu Canonicali, etſi Rocchetto, & Cappa
utantur, ut decrevit ead. Congregat. in Lauretana
1610. 25. Mar.

1619. 19. Jul. —— Epiſcopali Sede vacante valent 245
Canonici eligere in Vicarium Generalem Cano-
nicum ejuſdem Eccleſiæ, qui in eàdem Civitate,
& Eccleſia Curam quoque gerit Animarum, nam
contrariæ Deciſiones intelliguntur de Parocho
Rurali. Congregat. Epiſcopor. in Orten. apud Bar-
boſ. de Canonic. & Dignitarib. cap. ult. num. 38.
& in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de re-
form. cap. 16. num. 7. & referunt etiam Pellegrin.
in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. num. 4.
& Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſc. lib. 4. cap. ult.
num. 67. nec non Monacel. in Formular. leg. pract.
par. 1. tit. 10. form. 18. num. 5. contra Quaranta
in Sum. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante,
dub. ult. verſic. item erit, pag. mihi 152.

1619. 24. Aug. —— Abſente Epiſcopo, ſpectat ad 246
Vicarium Generalem edicere, & dirigere Pro-
ceſſiones cum conſilio Capituli, non obſtante,
quod Capitulum, vel alii ſint in quaſi poſſeſſio-
ne contraria per longum tempus, nec obſtante
etiam immemorabili conſuetudine. Congregat. Rit.
& antea Congr. Concil. 16. Febr. ejuſd. anni, apud
Gavant. in Manuali Epiſcopor. verb. Proceſſio, in ad-
dit. num. 2. 3. & 4.

1620. 11. Jul. —— Cùm Monaſteria ſubjecta exi- 247
ſtant de jure communi Epiſcopo, & eodem jure
Monaſteria nova ſine ejus auctoritate ędificari,
ſeu conſtrui, & erigi prohibeantur, ex cap. qui-

*dam*, *cum ſeq.* 18. *qu.* 2. & ex Concil. Trident.
*ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. ideo Vicarius Generalis
non poteſt ſine ſpeciali mandato Epiſcopi, licen-
tiam ædificandi nova Monaſteria in loco Diœce-
ſis concedere, ex eo quia eſt de majoribus. *Con-
gregat. Concil. apud* Aſcan. Tamburin. *de Jure Ab-
batiſſar. diſput.* 33. *quæſito* 1. *num.* 2. ex Sellio *in
ſelect. canonic. cap.* 90. *num.* 4. & referunt etiam
Barboſa *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de
Regular. cap.* 4. *num.* 30. ac Nicol. *in Floſcul. verb.*
Conventus, *num.* 3.

1620. 19. Sept. —— Cùm Concilium Tridentinum 248
*ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. ſtatuat, ut poſt mortem
Epiſcopi, Capitulum infra octo dies eligat Vi-
carium, donec tamen durant dies electionis dicti
Vicarii, juriſdictio eſt penes Capitulum, non au-
tem penes primam Dignitatem. *Congregat. Concil.
apud* d. Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult.
num.* 29. & in Collect. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24.
*cap.* 16. *n.* 9. ex d. Sel. *cap.* 19. *n.* 41. & referunt etiam
Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 1.
*num.* 5. ac Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 4. *cap.
ult. num.* 56.

1620. 19. Sept. —— Vicarius Capituli debet docto- 249
rari, vel eſſe doctoratus in aliqua Univerſitate,
non verò à Perſona privata. *Congregat. Concil.
apud* d. Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult.
num.* 51. & refert etiam Gavant. *in Manuali Epi-
ſcopor. verb.* Capitulum Sede vacante, *in addit.
numer.* 3.

1621. 24. Maii. —— Diſpenſationes Matrimoniales 250
directæ Epiſcopo, & ejus Vicario Generali, ſi
Sedem vacare contingat, non poſſunt per Vica-
rium Capitularem expediri. *Congregat. Concil. apud*
d. Barboſ. *ibid. num.* 58. & in Collect. *ad Concil.
Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 5. *num.* 26. ex Al-
dan. *lib.* 1. *Canonic. reſolut. tit.* 8. *num.* 56. contra
Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſput.* 27. *numer.* 29.
*cum ſeqq.*





1621. 10. Jun. —— Non poteſt Vicarius Epiſcopi 251
Baldachinum erigere, abſente Epiſcopo, in Ec-
cleſiis Regularium. *Congregat. Rit. in Cauſa Con-
gregat. Caſſinenſis*, teſte d. Aldano *lib.* 1. *tit.* 48.
*num.* 32. *apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. part.* 1.
*ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *n.* 11. & refert etiam Paſcucc. *in
Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1.
*tit.* de Abbate, *pag. mihi* 3.

1621. 15. Jul. —— Electio Vicarii Capitularis erit 252
nulla, ſi apparuerit, electum ex Suffragatoribus ha-
buiſſe ſolùm medietatem ſuffragiorum, quæ non
ſufficiunt ad legitimam electionem, cùm requi-
ratur major pars, non reſpectu aliorum, qui
minora vota habuerunt, ſed reſpectu totius Ca-
pituli, ut ex *c. cùm Eccleſia veſtra il* 2. *§. verùm cùm
ſuper*, dixit *Rota in Meten. Monaſterii coram Cocci-
no, apud* d. Paſcuc. *par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag. mihi* 411.

1621. 20. Jul. —— Vicarius quocunque habitu, & 258
loco Divinis interſit, juriſdictionem ſibi com-
petentem exercere valet, modò permittat, ut
quiſque ſuo fungatur officio. *Congregat. Epiſcopor.
in Caſtellaneten. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Vica-
rius in genere, *num.* 2.

1621. 28. Aug. —— Cùm Vicarius Capituli debeat 254
eſſe Doctor Canonum, adeo requiritur qualitas
Doctoratus in Jure Canonico, ut electio de Do-
ctore Theologo, omiſſo Canoniſta, invalida
eſt. *Congregat. Concil. apud* Barboſ. *de Canonic.
& Dignitatib. cap. ult. num.* 53. & in Collect. *ad
Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *num.* 31. *in fine*,
& refert etiam Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſcop.
lib.* 4. *cap. ult. numer.* 63. quidquid in contrarium
dicant DD. apud Dian. *par.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 56.

1622. 11. Jan. —— Monialium examen fieri debet 255
ad Crates abſque ingreſſu Clauſuræ, niſi neceſſe
ſit examinare Moniales infirmas: & tunc cum
aſſiſtentia Vicarii, & Abbatiſſæ. *Congregat. Epi-
ſcopor. in Neapolitana, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.*
Examen, *num.* 15.

1622. 12. Febr. —— Diſpenſatio commiſſa Epiſco-
po non expeditur à Vicario ſine ſpeciali mandato. *Congregat. Concil. apud* eund. *ibid. verb.* Diſpenſatio, *num.* 16. *ubi etiam quod* Diſpenſatio Vicario commiſſa expediri poteſt ab Epiſcopo, *ex ead. Congregat. in Vintimillien.*

1622. 12. Febr. —— Non licet Ordinario, vel ejus 256
Vicario quidquam à Monialibus etiam ſpontè oblatum accipere, neque pro vectura Equorum occaſione Profeſſionis Novitiarum, electionis Abbatiſſæ, vel aliarum Officialium, vel ſimili. *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Gratis, *num.* 1. *ad IX.* ¶ Notandum, quod in electione Abbatiſſarum poteſt Epiſcopus cum ſuo Vicario, ſeu Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto, vota ſingularum Monialium oretenus expreſſa audire, Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *numer.* 190. addens, ea vota oretenus accipi poſſe à ſuis Superioribus, licèt quatuor, vel quinque ea ſciant, *cap. quia propter, de elect. in* 6. ſi eſt juxta formam Statutorum Religionis, prout habet Tamburin. *de Jur. Abbatiſſar. diſput.* 28. *quæſito num.* 4. ubi quoad primam partem refert, Sacram Congregationem ſic decreviſſe.

1622. 19. Mar. —— Quando Vicarius Capitularis 257
eſt electus ad præfinitum tempus, non eſt agendum de revocatione, ſed eo ipſo per lapſum temporis expirat juriſdictio, & deveniendum ad novam electionem. *Congregat. Epiſcopor. pro Capitulo Hydruntino, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag. mihi* 411.

1623. 11. Febr. —— Non licet Vicariis Epiſcopo- 258
rum uti Annulo, tempore, quo celebrant, quamvis ſint Prothonotarii Apoſtolici non participantes. *Congregat. Rit. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *num.* 12. *ubi quod* multò majus, ſi ſint Canonici Cathedralium, *ex ead. Congregat.* 1629. 20. *Nov.*





1623. 19. Maii. —— Vicarius Capitularis, finito officio, 259
tenetur ſtare ſyndicatui, & reddere rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo ſucceſſori, non Capitulo: etiamſi reddidiſſet illam Capitulo, & ab eo, vel à Deputatis, ſeu à Syndicatoribus ipſius obtinuiſſet liberationem, ut ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform.* cenſuit *Congregat. Epiſcopor. in Hydruntina, & antea in Cathanien.* 1600. 13. *Jan. apud* eund. *d. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 4. *num.* 14. *ubi quod* etiamſi eſſet remotus à Sacra Congregatione de ejus licentia, *ex ead. Congregat. in Materanen.* 1601. 16. *Jul.* prout etiam refert Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de Vicar. Capitul. *n.* 22.

1623. 23. Oct. —— Epiſcopi, & eorum Vicarii Gene- 260
rales eligi poſſunt in Conſervatores Regularium. *Congregat. Concil. in reſponſione ad Procuratorem Generalem Ordinis Carthuſienſium, ad I.* ut refert Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 17. *pag. mihi* 370. *in additamen. ad Conſtitut.* 5. *Greg. XV. de Conſervatorib. quæ incipit* Sanctiſſimus, *quam* ipſe habet *tom.* 2. *pag.* 266. Vicarii enim Epiſcoporum habent dignitatem, quæ nihil aliud eſt, quàm adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum Juriſdictione, & eis diriguntur litteræ conſervatoriæ Clem. VII. & ideo poſſunt eſſe Papæ Delegati, ut DD. apud Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 10. *num.* 3. *ubi num. ſeqq. ait, quod* poſſunt etiam eſſe, ut ſupra, Conſervatores, ex Eraſm. à Cochier. *relato à* Maſſobrio, à quo fatetur d. Peyrin. prædictam declarationem de Conſervatoribus accepiſſe.

1623. 15. Dec. —— Epiſcopus Suffraganeus nullo 261
modo inhibere poteſt Vicario Metropolis, ne ſe ingerat in aliqua cauſa. *Congregat. Epiſcopor. in una S. Angeli, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Metropolitanus, *n.* 3.

1624. 3. Febr. —— Vicarius Capitularis Concur- 262
ſum ad Parochiales vacantes tempore Sedis va-

eantis facere poteſt, ut poterat Epiſcopus, ſer-
vata forma Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23.
*cap.* 18. *de reform.* magis idoneum eligere, & ap-
probationem ad Sanctiſſimum Dominum, ejuſ-
que Eminentiſſimum Cardinalem Datarium mit-
tere pro confirmatione electionis. *Congregat. E-
piſcopor. in Ravennaten. apud* Pellegrin. *in Prax. Vi-
carior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 2. *n.* 16. & refert etiam
Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de Vicar.
Capitul. *n.* 21.

1624. 17. Maii. —— Vicariæ perpetuæ Parochia- 263
lium Eccleſiarum unitarum non conferuntur per
Concurſum, ſed ſolùm ad nominationem, ſeu
præſentationem illorum, quorum Dignitati, vel
Collegio Eccleſia Parochialis eſt unita, & an-
nexa, deputandi ſunt Vicarii: nam attenta vali-
ditate unionis, apertè ſequitur, non eſſe locum
hujuſmodi Concurſui: quia cùm Eccleſia unita
omnino ſuppreſſa remaneat, & efficiatur Prædium
ipſius Eccleſiæ, cui facta eſt unio, utique ejuſ-
dem Eccleſiæ Prælatus eſt etiam Rector, & Præ-
latus Eccleſiæ unitæ. *Rota in Barchinonen. Vicariæ
coram* Merlino, *apud* Corrad. *in Prax. benefic.
lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *verſ.* Decimus tertius caſus,
*& refert etiam* Leuren. *in Foro benefic. par.* 1. *ſect.* 1.
*cap.* 3. §. 2. *qu.* 120. ex de Luca *de Paroch. diſc.* 37.
*n.* 38. aliiſq. ibid. citatis.

1624. 8. Jun. —— Sacerdotes ſæculares, & Regu- 264
lares Ordinis Hieroſolymitani Curam Anima-
rum Perſonarum ſæcularium exercentes, in iis,
quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum ad-
miniſtrationem pertinent, ſubſunt in omnibus ju-
riſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi,
nec poteſt etiam quicumque ad nutum amovibi-
lis ad eandem Curam à Commendatore deputari,
niſi ipſius Epiſcopi conſenſu, ac prævio examine
per eum, vel ejus Vicarium faciendo, non ob-
ſtantibus Privilegiis quibuſcumque, *Congregat.
Epiſcopor. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat.*





*Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag.
mihi* 270.

1624. 26. Jun. Ordinarius non poteſt providere per 265
Concurſum, Vicarium Eccleſiæ Parochialis uni-
tæ cum Decanatu, ſed debet admittere Vicarium
idoneum præſentatum à Decano, Garz. *de Bene-
fic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 289. *& ſeq. apud Rotam in
Urgellen. Vicariæ coram* Manzanedo, *deciſ.* 783.
*num.* 2.

1624. 23. Aug. —— Pro Parochiis diſtantibus ex- 266
pedientiùs videtur Vicarias etiam perpetuas eri-
gere, quàm novas Parochias. *Congregat. Epiſco-
por. in Senen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Paro-
chus, *n.* 2.

1624. 15. Nov. —— Renunciatio Bonorum à No- 267
vitia debet fieri intra duos menſes ante Profeſſio-
nem cum licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarii, &
ſine tali licentià prædicta Renunciatio eſt irrita.
*Rota in Romana Fideicommiſſi coram* Pirovano, ex
Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *apud* Aſcan. Tam-
burin. *de Jure Abbatiſſ. diſput.* 4. *quæſitò* 10. *num.* 3.
*ubi ait, quod* nomine Vicarii intelligitur Capitu-
lum Sede vacante, ex Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2.
*quæſt.* 270. idemque fatendum de Vicariis quorum-
cumque Prælatorum juriſdictione Epiſcopali in
ſua Diœceſi gaudentium, ex Sanchez *in Præcept.
Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 70. ſecus verò dicendum de
Vicariis Foraneis, niſi expreſſa commiſſio illis da-
ta ſit ab Epiſcopo, ex Barthol. à S. Fauſto *in The-
ſaur. Relig. quæſt.* 198.

1624. 20. Nov. —— Vicarium Capitularem in Capitulo, 268
& Collegialiter electum habuiſſe tantùm medieta-
tem votorum apparere poterit ex publico Inſtru-
mento, cui creditur, ut ex Innoc. *in cap. innotuit,
num.* 3. dixit *Rota in Treveren. Abbatiæ S. Maximi
coram* Coccino, *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Con-
ſult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Vicario,
*pag. mihi* 411.

1624. 11. Dec. —— Epiſcopi Italiæ non poſſunt 269

quemquam Ultramontanum ordinare ſine litteris Dimiſſoriis ſui Ordinarii recognitis à Vicario Papæ. *Urbanus VIII. in Bullar. tom.4. Conſtitut.35. quæ incipit* Secretis, §. 3. *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.3. in additam. ad Conſtitut.5. ejuſd. Pontific. pag. mihi 383. cap.12.*

1625. 20. Mar. —— Vicarius Epiſcopi deſinit eſſe 270
talis, ſtatim admiſſa tranſlatione Epiſcopi in Conciſtorio Cardinalium, ut declaravit *Urbanus VIII. de conſilio Sacræ Congregat. Concil. in Conſtitut. quæ incipit* Nobis nuper, *apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.1. ſect.4. ſubſect. 4. n.8.*

1625. 22. Apr. —— Non poteſt Vicarius Epiſcopi 271
in creatione novæ Dignitatis auctoritatem præſtare. *Rota in Segobricen. Capellaniæ coram* Ubaldo, *ex cap. nemo*, ubi Gloſſ. *verb. veniat per ſe, vel per alium, de conſecr. diſt. 1. apud* eund. *dict. par. 1. ſect.2. ſubſect.2. num.22.*

1625. 10. Maii. —— Epiſcopi, qui latiores habent 272
Diœceſes, Regularibus longè diſtantibus Benedictionem, vel licentiam prædicandi concedant, vel per litteras patentes, vel per Vicarios Foraneos. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib.1. tit.31. num.6.*

1625. 16. Maii. —— Examinatores Epiſcoporum non 273
audeant propalare, nec ullo modo indicare examinandis ea, ſuper quibus illos interrogare intendunt: & tam ipſi Examinatores, quàm quicumque alii, qui examini interſunt, in votis proferendis omnino abſtineant à quocumque temperamento: veluti quod examinati iterum averſantur: vel quod Vicarium à Sacra Congregatione approbatum ſecum ducant, aut quid ſimile. *Urbanus VIII. in Congr. examinis promovendor. ad Eccleſ. Cathedr. apud* eund. *in Floſcul. verb.* Epiſcopus, *num. 64.*

1625. 21. Jun. —— Sæculares Sacerdotes non poſ- 274
ſunt onera perpetua ſuſcipere Miſſarum celebrandarum ſine Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii con-



conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda: Epiſcopus verò, ſeu ejus Vicarius, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ incumbentibus: nec antea aſſenſum hujuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & Locis Piis relinquuntur, omnino reſpondeant oneribus adjunctis ſecundùm morem cujuſque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque, ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in noviſſimo die ſe hujus prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros. *Congregat. Concil. de mandato Urbani VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Conſtitut. 45. quæ incipit* Cùm ſæpè, *§. 6. & referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Conſtitut.9. ejuſd. Pontific. pag. mihi 285.* ac Matthæuc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 12. num.10.* nec non Thom. Tamburin. *in Opuſcul.*

1625. 18. Sept. —— Nemo in Urbe Libros de qua- 275
vis materia tractantes, & ubicumque compoſitos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos ſine expreſſa in ſcriptis approbatione Vicarii Papæ, & Magiſtri Sacri Palatii: extra Urbem verò ſine Ordinarii, & Inquiſitoris loci licentia operi præfigenda. *Congregat. Inquiſ. coram Urbano VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Conſtitut.50. quæ incipit* Sanctiſſimus, *& refert etiam* d. Peyrin. *tom.3. cap. 10. in additam. ad Conſtitut. Pauli V. num. 64. pag. mihi 367.*

1625. 29. Sept. —— Si Vicarius Capitularis fuit 276
deputatus à Metropolitano, Sede vacante, in vim *cap. 16. de reform. ſeſſ.24.* quando Capitulum, ad quod ſpectabat electio, illum non deputavit intra tempus à Concilio præſcriptum, poteſt di-
ctus

ctus Vicarius amoveri ad nutum ipſius Metro-
politani, ut declaravit *Congregat. Concil. in Lima-
na, apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4.
ſubſect. 6. num. 7.* & refert etiam Barboſa *in Col-
lect. ad Concil. Trident. d. cap. 16. ſeſſ. 24. num. 18.*
ex tract. *de Canonic. & Dignitatib. cap. 42. nu-
mer. 48.*

1625. 18. Nov. —— Electio Vicarii Capitularis 277
in Capitulo congregato, & per ſecreta ſuffra-
gia fieri debet, alioquin eſt nulla, & per con-
ſequens non poteſt haberi ratio meriti, vel ze-
li. *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubration.
tom. 2. lib. 1. tit. 8. num. 14. & tit. 28.* de Offic.
Vicar. Capitul. *num. 18. ad cap. 6. de reform. ſeſſ.
25.* & referunt etiam d. Pellegrin. *ibid. ſubſect. 1.
n. 8. ac* Paſcucc. *in Comp. ad Conſult. Canonic. Jac. Pi-
gnatel. par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 411. *ubi
quod* non dicitur facta à Capitulo, dum non eſt
facta à majori parte Collegialiter, ut ſupra,
congregata, etiamſi poſteà Canonici, ut ſinguli
acceſſerint in numero ſufficienti: & proinde non
ſufficit ſubſcriptio facta à Canonicis uti ſingulis,
*ex Sacr. Congregat.*

1626. 25. Jun. —— Tota Capituli auctoritas, Se- 278
de vacante, etiam in his, quæ requirunt ſpe-
ciale mandatum, non tranſit in Vicarium, licèt
non deſint Doctores contrarium affirmantes, quo-
rum opinionem non benè firmati cenſuit *Rota in
Maurianen. Penſionis coram* Pirovano, *apud* Bar-
boſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num. 103.*

1626. 3. Oct. —— Omnibus Epiſcopis, eorumque 279
Generalibus Vicariis præcipitur, ut omnibus Sa-
cerdotibus, tam Regularibus, quàm Sæculari-
bus, approbandis ad Confeſſiones audiendas, in
ipſo actu approbationis legatur, & intimetur
Conſtitutio Gregorii XV. circa ſollicitationem,
& præſertim §. XI. qui incipit *Mandantes*, ut
decrevit *Sacra Congregat. de mandato Urbani VIII.
apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Con-*

*ſtitut.*



*ſtitut. 4. Gregor. XV. num. 34. pag. mihi 266.*

1626. 27. Nov. —— Vicarius Capituli habet juriſ- 280
dictionem cognoſcendi Cauſas ſuper violatione
Immunitatis Eccleſiaſticæ, ut reſolvit *Congregat.
Immunit. in Tropien. apud* Mohaccl. *in Formular.
leg. pract. par. 1. tit. 1. form. 2. num. 18. ubi quod*
non tamen habet facultatem, qua utitur Epiſco-
pus in Caſibus Conſtitutionis Gregorii XIV. ſu-
per Immunitate Eccleſiaſtica emanatæ (quæ eſt
in Bullar. tom. 2. la VII.) nam illorum cogni-
tio Sede vacante, non ad Vicarium Capituli,
ſed ad Epiſcopum viciniorem ſpectat, prout de-
claravit *ead. Congregat. in Vercellen.* 1650. 8. *Nov.*

1627. 26. Febr. —— Vicarius Generalis poteſt ſub- 281
ſtituere, & ſubſtituto Vicario facultatem conce-
dere conferendi Beneficia, ſi tamen ſimpliciter
conſtituit ad conferendum, *ad notat. per* Rebuff.
*in Prax. in form. Vicariat. art. 76.* Garz. *de Benefic.
par. 5. cap. 8. num. 155. & ſeqq.* & hoc procedit, ſi
Vicarius ſubſtituens habeat facultatem conferen-
di, quæ de jure ſpecialis, & expreſſa requiritur,
*cap. fin. de offic. Vicar. lib. 6.* Rebuff. *loc. cit. numer. 53.*
Sbroz. *de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 71. numer. 1. apud
Rotam in Britinorien. Canonicatus coram* Manzane-
do, *dec. 889. num. 5.*

1627. 26. Febr. —— Sicuti Vicarius Generalis in Be- 282
neficialibus tanquam ambitioſis prohibetur ſibi-
met provideri de Beneficiis, de quibus teneretur
aliis diſpenſare, Abb. *in cap. fin. num. 5. & 6.
de inſtit.* Pariſ. *de reſignat. lib. 9. quæſt. 17. n. 102.
& ſeqq.* Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſſ. 2. num. 57. & 58.*
ita pariter dicendum eſt, prohiberi conſtituere
ſubſtitutum, ut ab eo ſibi conferatur, cùm tunc
ſubſtituentis vices dicatur gerere ſubſtitutus, &
prout non poſſet Vicarius ſeipſum eligere, *ex
traditis* per Paris, ut *ſupra*, nec etiam per ejus
ſubſtitutum eligi poteſt, Anchar. *in d. cap. fin.
num. 6.* Butr. *num. 8.* Jo: Andr. *num. 4.* Imol. *n. 5.*
& de habente poteſtatem conferendi Beneficium.

quod

quod, ſi committat, valeat collatio, tenet Felin. *in cap. ſanè ii, num. 4. de offic. deleg. apud Rotam in d. Britinorien. coram* eod. *ibid. num.* 11. *& ſeq.*

1627. 17. Apr. —— Non ſunt locanda emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis ex Juriſdictione, & Sigillo, vel alio modo provenientia, quæ ad Vicarium, & Capitulum non ſpectant, cùm debeant futuro ſucceſſori reſervari, ſi ad Epiſcopum Eccleſia non vacante perveniſſent. *Congregat. Concil. in Agrigentina, apud* Aſcan. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſputat.* 14. *quæſit.* 3. *num.* 3. ex Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 94. *num.* 34. 283

1627. 27. Maii. —— Vicarius Generalis non poteſt impedire, ne Parochus faciat Matrimonii denunciationes abſque ſua licentia. *Congregat. Concil. apud* Barboſ. *de poteſt. Parochi, par.* 2. *cap.* 21. *num.* 16. & refert etiam Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Matrimonii Denunciationes, *in addit. num.* 1. 284

1627. 7. Aug. —— Non poſſunt Vicarii Generales, quando celebrant, habere duos Capellanos, ſive Clericos, qui illi cum Coctis inſerviant, etiamſi ſint Prothonotarii, ſive Vicarii Apoſtolici: neque in Altari quatuor candelas accenſas tenere, niſi hoc fieret in illo Altari propter ſolemnitatem diei feſti. *Congregat. Rit. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſubſect.* 2. *n.* 10. 285

1627. 11. Aug. —— Officialium Confraternitatum canonicè inſtitutarum electio ad Confratres, eorundem verò Officialium confirmatio ad loci Epiſcopum, vel ejus Vicarium Generalem pertinet. *Congregat. Epiſcopor. in Bononien. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Eccleſiaſtica, *pag. mihi* 393. 286

1627. 18. Sept. —— Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos coram Vicario Foraneo procedente cum Adjunctis à Capitulo deputatis, non poteſt Epiſcopus ad ſe avocare, ut cognoſcat ſolus, 287



lus, ſed benè cum Adjunctis: Appellatio autem in tali caſu poſt latam ſententiam non datur à Vicario ad Epiſcopum, ſed cauſa devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. *Congregat. Concil. in Cauſa Burgen. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 28. *num.* 25. & quoad ſecundam partem, etiam *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *num.* 28. ex Aldan. *in Compend. Canonic. Reſolut. lib.* 2. *tit.* 18. *n.* 23.

1627. 19. Sept. —— Non poteſt Vicarius Generalis, uti talis, Miſſas cantare ſolemnes, Sanctiſſimum Sacramentum, ac Sacras Reliquias paratus deferre, nec aliis Eccleſiaſticis Functionibus ſe immiſcere, ſed tantùm præeſſe, ut omnia ſuo ordine fiant. *Congregat. Rit. in Hortonen. & antea in Spoletana* 1611. 22. *Dec. ac in Biſinianen.* 1600. 16. *Maii, nec non in Turritana* 1592. 14. *Apr. apud* Pellegrin. *par.* 1. *ſect.* 6. *num.* 23. *& refert etiam* Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Præcedentia *pag. mihi* 241. 288

1627. 27. Oct. —— Vicario Foraneo nihil dandum eſt in Funeribus ratione Vicariatus. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Vicarius Foraneus, *in additione, n.* 2. 289

1627. 18. Dec. —— Canonico, qui munere Vicarii Epiſcopi fungitur, non debentur quotidianæ Diſtributiones, ſi Horis Canonicis non interſit, etiamſi à tempore immemoriali obſervatum ſit, ut debeantur. *Congregat. Concil. in Bitteten. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 24. *num.* 16. *ubi num. ſeq.* rationem addit, quia ſcilicet, non abeſt ex juſta cauſa, cùm Vicarius deſerviat ſoli Epiſcopo, & non Eccleſiæ, *ex Rota deciſ.* 222. *n.* 5. *par.* 2. *diverſ.* 290

1628. 1. Apr. —— Vicarius Capitularis non poteſt per Capitulum revocari, etiamſi electus fuit cum clauſula, quod poſſit revocari ex cauſis ſibi benè viſis. *Congregat. Concil. in Ecclesſen. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 1. *n.* 19. 291

& vi-

& vide Barboſ. *ibid. cap. ult. num.* 47. 292

1628. 26. Maii. —— Coadjutor Epiſcopi viſitàns ex commiſſione Coadjuti, non poteſt recuſare aſſiſtentiam Vicarii Generalis cum facultatibus, quas ei dare Coadjuto placuerit. *Congregat. Epiſcopor. in Fulginaten. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 6. n. 11.*

1628. 22. Sept. —— Cùm Vicarius Apoſtolicus Synodum celebrare voluerit, hoc facere debet ſine interventu Epiſcopi, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. in Lycien. apud* eund. *ibid. tom.* 1. *tit.* 28. & *lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 11. & refert etiam Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 6. n. 7.* 293

1628. 20. Dec. —— Vicarius Generalis in publicis Proceſſionibus, abſente, & præſente Epiſcopo debet ultimo loco incedere inter Canonicos, ſeu Dignitates, dummodo non adſit conſuetudo in contrarium. *Congregat. Rit. in Savonen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Proceſſionibus, *pag. mihi* 268. 294

1628. 22. Dec. —— Vicarius conſtitutus in loco, vel parte Diœceſis cum facultate generali pro omnibur cauſis ejuſdem loci, vel partis, eſt delegatus, non autem Vicarius Epiſcopi Generalis, ideoque Litteras Apoſtolicas exequi non poteſt. *Congregat. Epiſcopor. in una Nullius, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib.* 1. *tit.* 28. de Vicar. Epiſc. *num.* 20. *ubi quod* ſecus quando Vicarius conſtitutus eſt generaliter pro tota Diœceſi pro aliquo Cauſarum genere, putà pro Monialibus, pro Cauſis Matrimonialibus, nam litterę Apoſtolicæ Vicario directæ, executioni demandandæ ſunt ab eo, qui ab Epiſcopo generaliter pro ea materia deputatus fuerit, *ex Congregat. Concil. in Ulixbonen.* 1607. 1. *Febr.* 295

1629. 10. Maii. —— Vicarius Capitularis poſt annum à poſtrema Epiſcopi viſitatione, quando nec de proximo Eccleſia eſt providenda de Paſtore, poteſt viſitare omnia, quæ poterat Epiſco- 296

pus,



pus, cum famulatu, equitatu, &c. juxta Concilium Tridentinum. *Congr. Concil. & antea* 3. *Febr. ejuſd. anni, apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Capitulum Sede vacante, *in addit. nu.* 16. & 17.

1629. 12. Maii. —— Nec Vicarius Epiſcopi, nec Capituli Sede vacante poteſt eſſe Parochus habens Animarum Curam. *Deciſum refert* Sel. *cap.* 19. *num.* 48. *apud* Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 16. n. 6.* ¶ Vide tamen ſupra 1619. 19. Jul. 297

1629. 29. Maii. —— Vicarius Foraneus non habet facultatem extrahendi delinquentem in Eccleſia in caſibus exceptis. *Congr. Immunit. in Spoletana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Immunitate Eccleſiaſtica, *pag. mihi* 538. 298

1629. 23. Jun. —— Vicarii, ſeu Parochi in Eccleſia exempta Animarum Curam exercere intendentes, prius approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo, prout juxta diſpoſitionem *cap. per exemptionem, de Privileg. lib. 6.* deciſum fuiſſe *in Caputaquen.* teſtatur Barboſa *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 7. n. 25.* ex Aldan. *in Compend. Canonic. reſolut. lib. 3. tit. 2. n. 16.* 299

1629. 21. Jul. —— Reſervatio Penſionis pro Rectore nulla eſt: ſecus verò ſi reſervata fuerit portio fructuum, remanente congrua Vicario perpetuo ad præſcriptum Conſtitutionis Pianæ ſupra poſitæ, & editæ 1567. 1. Nov. ut reſolvit *Congr. Epiſcopor. in Florentina, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Penſio, *n.* 3. 300

1629. 15. Sept. —— Vicarius perpetuus tenetur ſolvere procurationem Epiſcopo viſitanti, licèt Parochialis eſſet unita Menſæ Epiſcopali. *Congregat. Concil. in Faventina, apud* eund. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 23. n. 7.* 301

1630. 5. Febr. —— Non poſſunt Ordinarii, & multò minus eorum Vicarii abſolvere ab Excommu- 302

nicatio-

nicatione incurſa propter extractionem confugen-
tium ad loca immunia: ideoque Vicario Apoſto-
lico Tropienſi datur facultas faciendi ſe abſolve-
re per Confeſſarium. *Congregat. Immunit. in dict.*
*Tropien.* & poſtea Vicario Generali Capuano 1632.
16. Jun. *apud* Mattheuc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2.*
*cap. 4. num. 71.*

1630. 13. Apr. —— Poteſt Capitulum, Sede vacan- 303
te, viſitare Diœceſim, & omnia loca, quæ po-
terat viſitare Epiſcopus. *Congregat. Concil. in*
*Pampilonen. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignita-*
*tib. cap. ult. n. 67. ubi num. ſeq. ait, quod* hanc
facultatem habet Vicarius Capitularis, quamvis
id à Capitulo ſpecialiter non fuerit commiſſum,
ut *ex eàd. Congregat.* reſolvit Garz. *in addit. ad*
*tract. de Benefic. par. 5. cap. 7. num. 29.*

1630. 17. Jun. —— Epiſcopi Titulares Suffraganei 304
non poſſunt viſitare Clauſuram Monaſteriorum
Monialium, niſi ſint ſimul Vicarii Generales,
& ab Epiſcopis, quorum ſunt Suffraganei, fa-
cultates Vicariorum Generalium, vel aliud ſpe-
ciale mandatum habeant, prout pro Suffraganeis
Germaniæ declaravit *Congregat. Concil. apud* Mo-
nacel. *in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 11. form. 2.*
*num. 17.*

1630. 13. Aug. —— Vicario Capitulari, Sede va- 304
cante, competit præcedentia ſuper omnes Cano-
nicos, & Dignitates, excepta prima poſt Pon-
tificalem, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. in Aſſi-*
*ſien. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Ca-*
*nonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Præcedentia,
*pag. mihi 242. ubi quod* cum habeat dictus Vica-
rius auctoritatem, & juriſdictionem à Capitulo,
eſt inferior Capitulo, atque adeo non debet præ-
cedere primam Dignitatem, in qua repræſentatur
Capitulum.

1630. 7. Sept. —— Vicarius Generalis non debet 305
aliquo modo ſtylum Curiæ Epiſcopalis alterare,
quia ſtylus Curiæ pro lege habetur, & eſt ob-





ſervandus: illum igitur ſervet, ſi ſit bonus, ma-
ximè in exigendis ſportulis, & emolumentis acto-
rum, & contentus ſit ſolitis ipſius Tribunalis.
*Congregat. Concil. in Taurien. apud* Pellegrin. *in*
*Prax. Vicarior. par. 1. inter monit. in princip. n. 22.*
*ubi etiam quod* ſi abuſus & corruptelæ ſint, illos
aboleat, & tollat, quantum in ſe eſt: & curare
debet, ne Cancellarii, ſive Notarii Subditos
gravent in emolumentis exigendis pro ſingulis
actibus, *ex eàd. Congregat. in Viennen. 1602. 8. Mar.*

1630. 7. Sept. —— Juſtificatio exteri condemnati de 306
Homicidio in contumacia, non remittitur Vica-
rio Urbis, ſed Ordinario loci commiſſi delicti.
*Congregat. Concil. in Ulixbonen. apud* Nicol. *in Lu-*
*cubrationib. tom. 2. lib. 2. tit.* de Appellat. *n. 38. &*
*in Floſcul. verb.* Damnatus, *num. 4.*

1630. 28. Sept. —— Dignitates, & Canonici, & 307
etiam Vicarius Generalis, non autem alii, de-
bent ad *Gloria, Credo, Sanctus, &c.* facere cir-
culum ante Epiſcopum in Miſſa ſolemni. *Con-*
*gregat. Rit. in Maceraten., apud* Barboſ. *de Canonic.*
*& Dignitatib. cap. 33. num. 24.*

1630. 28. Sept. —— Juriſdictio indicendi publicas 308
Proceſſiones, illaſque ad evitanda ſcandala, po-
tius per hanc, quàm per aliam viam dirigendi,
reſidet, abſente Epiſcopo, in Vicario Generali,
cum conſilio tamen Capituli, non autem con-
ſenſu, ac eodem modo, quo poſſet Epiſcopus,
ſi præſens eſſet. *Congregat. Concil. in Vigilien. apud*
Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pi-*
*gnatel. par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi 424. ex* d.
Barboſa *ibid. cap. ult. num. 20.*

1630. 7. Dec. —— In Eccleſia Mediolanenſi S. Am- 309
broſii, Vicarius Proviſionum, cum ſuo Tribu-
nali, ejuſque publicæ Oblationes à ſolo Capitu-
lo Canonicorum excipiantur, non autem etiam
à Monachis Ordinis Ciſtercienſis. *Urbanus VIII.*
*in Bullar. tom. 5. Conſtitut. 151. quæ incipit.* Gregis
Dominici.

1630. 7. Dec. —— Vicarius Epiſcopi, & ſimul Ca- 310
nonicus, ubi tanquam Canonicus in Capitulo
aſſiſtit, debet in proprio loco ſedere. *Congregat.
Rit. in Ampurien. apud* Barboſ. *de Canonic. & Digni-
tatib. cap. 36. num. 7.*

1630. 14. Dec. —— Vicarii in Eccleſiis Parochia- 311
libus Religioni Hieroſolymitanæ unitis, vel ab
ea dependentibus, compelli non poſſunt ad con-
tributionem Seminarii. *Congregat. Concil. in Au-
guſtana, apud* Paſcucc. *par. 2. tit.* de Seminario,
*pag. mihi* 387.

1630. 14. Dec. —— Dicti Vicarii non tenentur da- 312
re Epiſcopo viſitanti eorum Eccleſias procuratio-
nem. *Congregat. Concil. in d. Auguſtana, apud* Bar-
boſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform.
cap. 3. n. 13.* ex Aldan. *in Compend. Canonic. reſolut.
lib. 2. tit. 16. n. 9.*

1630. 14. Dec. —— Dicti Vicarii poſſunt examina- 313
ri, & approbari ab Epiſcopo: Epiſcopus autem
debet eoſdem Vicarios, ſi idonei reperti fuerint,
ſimpliciter approbare, non autem ad tempus,
etiamſi ſint temporales, nec poteſt pro libito
eoſdem ſubjicere novo examini, *Congregat. Con-
cil. in d. Auguſtana, apud* eund. *ibid. ſeſſ. 7. cap. 7.
num. 27. ubi quod* niſi ſupervenerit nova cauſa, &
ſuſpicio ignorantiæ, quia tunc poterit Epiſcopus
eoſdem iterum examinare ad effectum *cap. 6. ſeſ-
ſion. 21. de reform.* prout ex d. Aldan. *lib. 3. tit. 2.
numer. 17.* refert deciſum *in Placentina 1628. 26.
Auguſt.*

1631. 1. Febr. —— Eccleſiæ nullius Diœceſis debent 314
quidem viſitari ab Epiſcopo viciniori juxta Tri-
dent. *ſeſſ. 24. cap. 9.* non tamen ab ejus Vicario ſi-
ne ſpeciali mandato. *Congregat. Concil. in Luca-
na, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 39.
num. 4. verſ.* amplia.

1631. 12. Mar. —— Si ob invaletudinem, ſive ob 315
legitimum aliud impedimentum non valeat Epi-
ſcopus per ſeipſum inquirere ſuper vitæ ſanctitate,
eorum,



eorum, qui diem ultimum obière cum hac bona
fama, poterit delegare Vicarium ſuum Genera-
lem, vel in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum;
qui delegatus, ſive ille ſit Vicarius, ſive cujuſ-
cunque Dignitatis, cum aliis ad minus duobus
doctis viris, altero ſcilicet Magiſtro in Theolo-
gia, altero verò Graduato, vel Licentiato in Ju-
re Canonico, rem totam ita peragere debeant,
ut omnes ſua nomina ſubnotent poſt ſubſcriptio-
nem cujuſcunque Teſtis, antequam diſcedant à
loco ipſius examinis. *Urbanus VIII. in Littera
Circulari, relata à* Monacel. *in Formular. leg. pract.
par. 2. tit. 15. form. 18. num. 36.* ¶ Notandum primò,
quod ſi Vicarius, cui delegata eſt cauſa Cano-
nizationis, ante obitum ſui Epiſcopi cęperit in
cauſam procedere, haud dubiè, re non integra,
prorogatur, ac perpetuatur ſua juriſdictio, *cap.
gratum, §. nos autem, de offic. deleg.* Gloſſ. *verb.
quaſi cœptum*; & ſola citatio expedita, licèt non
exequuta, ſufficit, *Rota deciſ. 9. de dol. & contum.
in antiqu.* ut cenſuit in relatione S. Hiacynthi
*cap. 2. in princip.* Sacr. Rit. Congr. *in Lepolien.*
Servi Diei Joannis de Dueta. ¶ Notandum ſe-
cundò, quod idem dicendum, ſi hujuſmodi De-
legatus tranſiret in Vicarium Epiſcopi ſucceſſo-
ris, quia tale munus ei non competit jure pro-
prio, ſed alieno, ac propterea non expirat mor-
te concedentis, Bartol. *in l. more major. n. 19.*

1631. 28. Mar. —— Vicarius per Monaſterium de- 316
putatus ad exercendum Curam Animarum Paro-
chiæ illi unitæ, non habet auctoritatem tranſi-
gendi ſuper Decimis, in quibus nullum jus ha-
bet, cùm ſolùm ſit ei debita ſua Congrua à Mo-
naſterio, ut ex pluribus citatis Auctoribus dixit
*Rota in Auguſtana Decimarum coram* Ubaldo,
*apud* Aſcan. *Tamburin. de Jure Abbat. in fine 3. tom.
deciſ. 102. num. 5.*

1631. 31. Mar. —— Cognitio Cauſarum de Mathe- 317
thematicis, Ariolis, Aruſpicibus, Vaticinato-

ribus,

ſibus , ſive aliis Aſtrologiam Judiciariam , ſeu
quamlibet artem divinatoriam quomodolibet pro-
fitentibus , qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ ,
vel Sedis Apoſtolicæ , ſeu Vita Romani Pontifi-
cis , aut ejus Conſanguineorum judicia facere ;
ac de eis , qui illos deſuper conſulere præſumpſe-
rint , ſi fuerint Perſonæ Eccleſiaſticæ , tam Sæ-
culares , quàm Regulares , in Alma Urbe , &
illius Diſtrictu ad Vicarium in Spiritualibus Ge-
neralem , nec non ad ejuſdem Urbis Gubernato-
rem , ac Cauſarum Curiæ Romanæ Apoſtolicæ
Auditorem Generalem , & eorum quemlibet in
ſolidum ſpectat . *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in
Bullar. tom.* 4. *Conſtitut.* 114. *qua incipit* Inſcruta-
bilis , §.5.

1631. 2. Aug. —— Vicarius Capituli Sede vacante 318
non poteſt exequi commiſſiones A poſtolicas in
forma *Dignum* , & alias directas Epiſcopo , vel
Vel ejus Vicario Generali , intuitu officii , vel
ſub nomine Dignitatis . *Congre.Conil. teſte* Aldan.
*in Compend. Canonic. reſolut. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 1.
*apud* Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 7.
*cap.* 10. *num.* 6. & in tractat. *de Canonic. & Di-
gnitatib. cap. ult. numer.* 59. & refert etiam Pel-
legrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 4.
*numer.* 29. ac Monacel. *part.* 2. *tit.* 16. *form.* 10.
*numer.* 14.

1632. 24. Jan. ——Monialium Regularibus ſubjecta- 319
rum Superiores , ſubſcribentes poſt Epiſcopum ,
vel ejus Vicarium , licentias eorum , qui ad Col-
locutoria accedunt , vel Clauſuram ingrediuntur ,
non poſſunt quid excludere , addere , vel adime-
re ex illis , quæ Epiſcopus ipſe , aut Vicarius ,
pro cura , & bono regimine Clauſuræ in licen-
tiis præſcribit , & apponit . *Congr. Epiſcopor. in
Viterbien. apud* Matthæuc. *in Offic. Cur. Regular.
tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 21.

1632. 27. Jan. —— Epiſcopi , & Vicarii Capitula- 320
res non poſſunt vigore Jubilæi abſolvere publicè
denun-



denunciatos in foro exteriori pro læſa immuni-
tate Eccleſiaſtica , ſed tantùm in foro conſcien-
tiæ , quando ſcandalum eſt notorium , ut reſ-
pondit *Congr. Immunit. in Mediolanen. apud* Mo-
nacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 9. *form.* 1.
*num.* 113.

1632. 18. Mar. —— Si Epiſcopus non habens Vi- 321
carium , negligat expeditionem Cauſarum , præ-
ſertim ſi ſit Theologus , non Juriſta , tunc com-
pellitur conſtituere Vicarium : & ſi perſeverave-
rit in negligentia , mittitur illi ab Urbe Vica-
rius , vel aliunde pro tali officio exercendo .
*Congr. Epiſcopor. in Biſinianen. apud* Pellegrin. *in
Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 5. *num.* 8. *&
refert etiam* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1.
*tit.* 18. de offic. Vicar. Gener. *num.* 6. ¶ Notan-
dum , quod non poteſt Epiſcopus ante adeptam
poſſeſſionem Epiſcopatus conſtituere Vicarium ,
Pax Jord. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 5. ex Felin. *conſ.* 40.
*numer.* 71. Abb. *in cap. qualiter , de elect.* poteſt
tamen captà poſſeſſione ante conſecrationem il-
lum conſtituere , Sbroz. *lib.* 2. *qu.* 23. *numer.* 4.
Pax Jord. *loc. citato* , citans Gloſſ. *in Clem. & ſi
principalis , de reſcript. verb. Epiſcop.* Pavin. *de po-
teſt. Cap. Sede vac. par.* 1. *qu.* 10. *num.* 6. Sanch.
*de Matrim. lib.* 8. *d.* 27. *n.* 37. *apud* Leuren. *de Vicar.
tract.* 1. *cap.* 1. §. 1. *quæſt.* 29.

1632. 18. Mar. —— Vicarius Apoſtolicus debet exe- 322
qui litteras , vel Bullas , vel Diſpenſationes di-
rectas Epiſcopo , vel ejus Vicario , ac ſi dirige-
rentur ipſi Vicario Apoſtolico . *Congr. Epiſcopor.
in d. Biſinianen.* & antea *in Aſſiſien.* 1583. 10. *Maii* ,
*apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Vicarius Apoſtolicus ,
*num.* 21.

1632. 24. Apr. —— Canonici non tenentur admit- 323
tere Vicarium Epiſcopi in Capitulo , ſi nolint ,
ut cenſuit *Congr. Concil. in Amerien. apud* Barboſ.
*de Canonic. & Dignitatib. cap.* 35. *num.* 12. & re-
fert etiam Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.* 2. *q.* 65. *n.* 2.


1632.

lium Provinciale, cùm Epiſcopus, & Vicarius ſunt legitimè impediti, debent eſſe Doctores habiles, & diſcreti. *Congregat. Concil. in Tarraconen. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 5. tit. 6. num. 4. & in Floſcul. verb.* Concilium, *numer. 5.*

1639. 10. Jan. —— Filius Notarii Vicarii Foranei non gaudet privilegio Fori. *Congregat. Immunitat. in Firmana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel par. 1. tit.* de Immunitate Eccleſiaſtica, *pag. mihi* 341. 334

1639. 12. Febr. —— Homicida voluntarius, ejuſve Socius, poſt abſolutionem à delicto, etiam antequam diſpenſetur ab Irregularitate, poteſt etiam de novo obtinere Penſiones, licèt non poſſit eligi Vicarius, vel Prothonotarius. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 12. num. 1.* 335

336

1640. 12. Febr. —— Ad tollendos abuſus, ac diſſentiones, quæ quotidie inter Confratres circa electiones, & rerum adminiſtrationes oriebantur, conceditur Archiepiſcopo Firmano intereſſentia ejus Vicarii Generalis in actibus Capitularibus Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ. *Congr. Concil. apud* Paſcucc. *par. 1. tit.* de Confraternitatibus, *pag. mihi* 203.

1640. 20. Apr. —— Non poteſt Vicarius Apoſtolicus ſe intromittere in Cauſis Perſonam Epiſcopi concernentibus, ſive in civilibus, ſive in criminalibus, ſive in mixtis, quia minor in majorem jus dicere minimè valet, *c. inferior, &c. denique 21. d. in verb. majore,* ubi *Gloſſ.* & probatur etiam in *c. Presbyter 95. d. & l. ult. de offic. Proconſ.* niſi ſuper his ſpecialiter dicto Vicario concedatur à Summo Pontifice, vel à Sacra *Congregat. Epiſcopor. in Cajacen. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 6. num. 14. ubi num. ſeq. ait, quod* neque à contrario Epiſcopus ullam habet juriſdictionem, & auctoritatem in Vicarium Apoſtolicum, ita ut ſi ipſe delinquit, nec informationes capere poteſt contra ipſum, ne quidem officio finito: & multò minus poterit edicto aliquo ipſius honorem deturpare, *ex eàd. Congregat. in Monopolitana* 1627. 16. *Oct.* & antea *in Theanen.* 1612. 30. *Mar.* 337



1640. 26. Maii. —— Poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus viſitare quoad Clauſuram Monaſteria Monialium Regularibus ſubjectarum, etiam aſſumpto ſecum Vicario Generali, & Confeſſario earundem Monialium, ipſis etiam inconſultis Superioribus. *Congregat. Concil. in Colimbrien. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 13. num. 13. ubi num. ſeq. ait, quod* non ſolùm Epiſcopo, ſed etiam Generali ejus Vicario ad hoc ſpeciale mandatum habenti licet pro Clauſuræ viſitatione ingredi ſepta Monaſteriorum Monialium Regularibus ſubjectorum, tametſi nulla rationabilis violatæ Clauſuræ ſuſpicio irrepſerit, *ex ead. Congregat. apud* Sperell. *deciſ. 99.* contra Roderic. *tom. 1. qq. qu. 47. art. 10.* 338

1640. 28. Jun. —— Confirmatio Officialium Montis ſpectat ad Epiſcopum, vel ejus Vicarium Generalem. *Congregat. Concil. in Foroſempronien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 2. tit. 15. nu. 13. ad X.* 339

1640. 17. Aug. —— Prælatus Nullius, & Vicarius Apoſtolicus, ſi non ſunt Epiſcopi conſecrati, advocare debent aliquem Epiſcopum vicinum ad Sacramentum Confirmationis adminiſtrandum. *Congr. Epiſcopor. apud* eund. *ibid. tom. 2. lib. 1. tit. 15 num. 1.* 339

1640. 16. Nov. —— Originarius Civitatis, vel Diœceſis non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, ne deviet à recto tramite Juſtitiæ, vel ſe reddat partibus ſuſpectum, propter Conſanguinitates, Affinitates, Familiaritates, & alias attinentias. *Congregat. Epiſcopor. in Sutren. apud* Leuren. *de Vicar.* 349